TRACTATVS

De iure Prothomiseos.

EXCELLENTISSIMI
Iureconſ. Matthæi de Afflict.

ET BALDI DE PERVSIO
nuperrime recognitus à plurimis quibus, ſcatebat erroribus vindicatus.

SVBSEQVENTI COMMENTARIOLO
Grauiſſimi Iur. Interpr. MARCI MANTVAE
Bonauiti Patauini, ad L. Dudum. C.de
contrahen. emptio,

Summarijſque, ac elementario Indico ſuperadditis diligentiſſimè exornatus.



VENETIIS, M. D. CI.

Apud Lucium Spinedam.

CONSTITVTIO VLTIMA

DOMINI FREDERICI Imperatoris semper Augusti super iure Prothomiseos.

TEXTVS CONSTITVTIONIS.

SANCIMVS. Amodo in omni prouincia & in omni ciuitate. Vt si quis forte ex parentela habeat communem domum, agrum, vel vineam, vel rē immobilem diuisam, vel indiuisam, aut ex communi emptione, vel ex aliquo alio huiusmodi titulo, uel aliquo alio modo coniunctam: & voluerit alienare prædictas res, per venditionem, vel per emphyteusim, vel locationem non aliter ei, concedimus alienare, nisi prius denuncietur illis, quos vocamus per ordinem in iure Prothomiseos. In primis vocentur parentes qui sunt coniuncti, postea socij qui similiter sunt coniuncti, post hos vocentur illi qui sunt sub vno seruitio, & sunt coniuncti ex aliqua parte. Post omnes istos illi qui sunt coniuncti tantum etiamsi sint extranei. Si autem plures sint qui habeant ius Prothomiseos omnibus de-

nuncietur. Vt infra triginta dies soluendo iustum precium, quod sine mora, verus emptor, & sine fraude dederit, vnusquisque secundum suam portionem accipiat. Verum si infra statutum terminum precium iustum non soluerit, de cætero non habet ius Prothomiseos. Nisi forte quisquam eorum fuerit in captiuitate, vel fuerit deportatus, vel in exilium missus, vel fuerit absens causa reipub. vel si ex propria caussa sua sine dolo & fraude, aut si fuerit minor vigintiquinque ann.

Et licet fuerint isti absentes ex iusta caussa, tamen tutores & curatores eorum, vel procuratores, vel defensores infra quatuor menses debent venire, & soluere iustum precium cum legitimis vsuris & necessarijs expensis, & accipere ius Prothomiseos, & extraneos emptores omnino repellere, & si neglexerint hoc facere resarciant de proprijs suis quicquid incommodi illi haberent.

Licet enim supra dixerimus quòd omnes illi qui vocentur, ad ius Prothomiseos, tamen si probatum fuerit quòd atroces iniurias, vel manus impias ex proposito venditori, vel eius familiæ intulerint, vel ipsius substantiæ grauem iacturam moliti sunt, vel contra eius vitam nixi sint, vel etiam pecuniale damnum intulerint, omnes isti nullo modo sine venditoris voluntate ad ius Prothomiseos veniant. Causa vero dotis, vel donationis propter nuptias, vel simplicis donationis, vel donationi causa mortis, vel ex testamento, vel ex permutatione, vel ex transactione & parentes & extranei omnes possunt alienare.

Nisi forte quis vendendo, vel locando, vel in emphyteusim dando illis qui non habentius Prothomiseos

seos simulatè donauerit, aut per legatum dederit &c. *Ideoque illi qui habent ius Prothomiseos possunt exigere iuramentum à venditore & venditore. Si autem post iuramentum probatum fuerit contra constitutionem nostram simulate hoc egisse, venditor & emptor debent pœnam periurij sustinere, & insuper venditor rem amittere debet, & emptor precium, & fisco applicabitur. Fiscus autem vendat rem illam illis qui habent ius Prothomiseos.*

Sed si ante iuramentum probatum fuerit hoc fecisse venditio fiet irrita, & cogetur inuitus venditor vendere illis qui habent ius Prothomiseos.

Prohibemus insuper potentes personas accipere à tenuioribus sub prætextu emptionis, seu donationis simplicis, aut causa mortis aut ex testamento, vel ex vsu tantum, aut sub prætextu defensionis, nisi fuerunt parentes. Potentes autem dicimus non tantum illos, qui per se sunt potentes, sed etiam per propinquiores illis, per quos possunt inferre timorem alienatoribus, aut per promissionem beneficij. Si quidem quis ex potentioribus præsumpserit facere sit alienus ab illa re, & æstimationem illius rei præstet fisco. Transcurso vero decennio, si non denunciauit, nulla de cætero moueatur controuersia illis qui possident ex aliquo contractu, vel ex donatione, vel ex testamento, nec ab illis quidem qui ius habent Prothomiseos, nec etiam a fisco.

Scriptum est è Græcorum legibus de iure Prothomiseos, vbi dicitur de termino & fine eius quem ius ipsum habet, videlicet quòd illi qui in circuitu sunt confines secundum ipsam propinquitatem quam ipsi habent, sed propè sunt in venditione coniuncti victoriam

ipsius venditionis habeant. In tali itaque ordine vt qui habent ipsam Prothomisim, infra vnius anni spatium. Post annum verò nullam Prothomisim habent. Si autem sint in ipsa terra vel in ipso loco habeant Prothomiseos victoriam usque ad quatuor menses. Ita tamen si fuerint a uenditoribus solenniter requisiti, & non renuntiauerint temere.

Item de ipsa Prothomisi in alio Græcorum capitulo continetur, ut qui habent Prothomisim à tribus partibus illorum potior sit uenditio, & una pars nihil ibi habeat. Quod si habeant a duabus partibus, collatione facta recipiant eam omnes sicut propinquitatem habent.

Si autem domum propè castrum habeat ipse eam habebit qui Prothomisim per castrum habet, & non illi qui ipsam Prothomisim per parietem habent.

Est autem de generali consuetudine approbatum, quod tria sunt quæ Prothomisim non habent, scilicet via publica, ecclesia, & curia.

F I N I S.

COMMENTARIVS

Solennis & absolutus super constitutione Frederici Imperatoris.

DE IVRE PROTHOMISEOS

subtiliter & ad vnguem interpretata per exquisitissimum & clarissimum Iureconsultum D. Matthæum de Afflictis, Neapolitanum.

SVMMARIVM.

1 *Speculari quilibet ea debet quæ ad suum pertinent officium.*

2 *Scholastici omissis regulis ad singulares casus attẽdentes taxantur: Et qui huius causa sunt.*

Subtilitates iuris quibus nonnunquam doctores laborant ad ostentationem inanes dicuntur.

3 *Doctorea dignitate nihil altius.*

Scientia non ad hominum delectationem, sed Dei laudem prædicanda.

4 *Subtilitas frustra laborat loquentis si non percipit intellectus audientis.*

Scientia petenti est docenda.

Otium in discendis disciplinis plurimum habet momenti.

Scholasticus in scholis ridens potest expelli tanquam silentij turbator.

PRÆFATIO.

1 QVONIAM IVRIS SANCTIO †ordinata est ab antiquis ad id quòd frequentius accidere solet, vt in l.iura, ff.de legi. & nos in ipsam sanctionem speculari debemus, quia nostrum officium est in l.speculari; quilibet enim speculari debet ea, quæ ad suum pertinent offi-

 cium,

ciuni; vt 21. distinct. cap. cleros, vt quemadmodum ipsa ad casus frequentes sæpissime dirigitur, & non ad ea quæ raro contingunt, vt in auten. vt debi. & credi. §. quia vero, & d. l. iura, ita & Iurisperiti magis necessitantur ad cognitionem eorum, quæ sæpenumero eueniunt, quam eorum quæ raro contingere solent. & ideo exclamat domi. Bartho. de Saly. legens in cathedra, in l. quod te, ff. si
2 cer. pet. in glos. ibi posita in verbo deberes, † contra scholares dimittentes regulas, & implentes eorum capita casibus singularibus. huius autem erroris interdum potissima causa sunt doctores legentes qui non cupiditate legendi, sed ostentatione quadam in vanis subtilitatibus laborantes, cathedram ascendunt magistralem. inde euenit vt auditor sicut intrauit scholas sic exijt arg. eorum quæ not. in c. humilis, extra de maio. & obe. Ego autem Matth. de Afflic. mini-
3 mus inter legum doctores licet indignus quia † doctorali dignitate nihil altius. vt not. in l. 1. C de consul. lib. duodecimo nunquam fastum legendi, aut docendi pompam exquisiui, sed semper fui huius desiderij & propositi quot & quoties cathedram ascendo, placere summo creatori, quia scientia non ad delectationem hominum sed ad Dei laudem prædicanda est. 22. q. secunda. c. 1. & legendo vtilitatem audientium summo desiderio quærere, veras conclusiones referendo quatenus vires ingenij suppetunt. Vnde dicit August. in 4. de Christiana disciplina vel doctrina; bonus, doctor vulgi more loquatur, vt ambiguitates obscuritatesque vitet. Non sic dicat vt a doctis, sed ab indoctis di-
4 ci solet. † Quid enim prodest subtilitas eloquentis, quam non assequitur intellectus audientis. In docendo quoque delectetur de auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis 32. q. 4. c. obijciuntur. in fin. Igitur cum ius Prothomiseos multum frequētetur penitùs in omnibus curijs regni ppter casus sæpissime occurrētes ad Postulationes studentium huius almi gymnasij. Neapolitani legere decreui. Scientia enim petenti docenda est iuxta illud. Petite & accipietis, pulsate & aperiet vobis. & Matt. 15. edíscere nobis parabolam hanc. Et ideo cum scientiam iuris congrui petistis vos non repellā, arg. extra de renunc.

c. nisi.

5 ç. nisi. Et quoniam † in discendis artibus accommodatur est otium, & non tumultus ut C. de excu. artifi. l. 1. post princ. li. 10. & ideo scholaris ridens in studio, idest, in scholis, potest a scholis expelli, arg. no. 15. q. 1. c. in loco, propterea silentio postulato, quia secundum Hieronymum, frustra loquitur vbi non præstatur auditus, condescendam ad rub. de iure Proth. ad laudem Dei. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Prothomiseos ius quid sit: Et quo iure introductum & permissum, 6. 7.*
2 *Conductores antiqui quando veniant nouis conductoribus præferendi.*
3 *Scholaris domum prope doctorem conducens quo gaudeat priuilegio.*
Priuilegijs scholasticorum qui gaudeant.
Meretrices scholarium. laqueis legum sunt indignæ.
4 *Sanguinis ordo & coniunctio quibus casibus consideretur & quibus non. 9. 12. 13.*
Emere vel vendere quando quis cogatur.
5 *Lanio nunquid indifferenter omnibus carnes vendere cogi possit.*
7 *Forum iudiciale forum etiam conscientiæ secum habere debet.*
Desiderare rem alterius sine peccato iure permittente licet.
8 *Lex ciuilis obtinet vim apostolici & Papæ.*
Pactum, consuetudo, & præscriptio æqu parantur.
9 *Vicinitatis loci ratio in condemnatione fructuum habetur.*
10 *Emphyteuta vendens tenetur prius domino nunciare.*
Princeps potest apponere conditionem in rem alterius.
11 *Rescripta principum nō debent in incommodum magnum concedi.*
12 *Dominium præscriptum alteri nunquid princeps auferre potest.*
Testibus vicinis magis creditur quam extraneis.
14 *Alienare prohibitus poterit testari inter suos.*
15 *Consanguinitatis ratio quibus casibus attendatur, & quæ specialia habeat. 16. 17. 18.*
16 *Religiosi aduocare an & quando possint.*
18 *Æstimum patris prodest filio.*

Secu-

19 *Securitas datæ patri intelligitur etiam data filio.*
Consanguineus solus cum sola consanguinea stare non potest sine suspitione.
20 *Iudex ratione consanguinitatis quo casu recusari non possit.*
Consanguineus potest comparere sine mandato cum cautione de rato.
Iniuria illata vni de agnatione, omnibus videtur facta.
21 *Consanguineorum præsentia doli suspitionem cessare facit.*
22 *Pater potest filium ad religionem obligare.*
23 *Debiti remissio sanguinis fauore præsumitur.*
Fideiussor consanguineus pauper dicitur idoneus.
24 *Clericorum bona veniunt ad consanguineos exclusa ecclesia.*
25 *Vasallus aduersus consanguineos suos dominum iuuare an teneatur.*
26 *Consanguinitas suspitionem quando inducat.*

RVBRICA DE IVRE PROTHOMISEOS.

5 SVPER ista rubrica erit vidēdum vtrum ius † Prothomiseos, id est, ius congrui, ut dicit Andræ. de Barulo in l. prædia. C. de loca. prædi. ciu. lib. 11. sit seruandum in iudicijs, & primo videtur quod non. nam quilibet de re sua potest disponere prout vult, ut l. in re mādata. C. mādati. & C. de noxal. l. secunda, & C. de Iudæis, l. nemo. Sed quod quis compellatur consanguineo vel vicino vendere est contra dictam libertatem ergo &c. Secundò habemus tex. expressum in l. dudum, C. de contrahen. emptio. Vbi dicitur quòd olim scilicet in veteri testamento erat permissum ius congrui consanguinitatis, & coniunctioni. vt patet Hierem. 32. c. ibi, eme agrum meum, tibi enim competit ex propinquitate vt emas, & patet etiam Rut. 4. c. hodie enim per ius ciuile sublatum est nam quilibet potest vendere cui vult, vt ibi expresse dicitur. Tertiò hoc idem probatur

batur in l.ne cui,C.de loca.vbi dominus nō tenetur re locā re rē suam illi cui primo locauit,ex eo quia videtur quodā modo coniunctus per locationem præcedentis anni. Sed potest locare cui vult etiam eo inuito, hoc tamen fallit in eo qui locauit prædia fiscalia. Nam finita locatione si ipse vult reconducere quantum alius vult dare pro pensione.ipse præfertur nouo conductori.hic est text.in l.congruit.C.
2 de loc.præd.ciui.lib.11.†Et ideo dico qđ si gabellatus gabellæ fiscalis paratus est dare tantum pro futuro anno,quātum alius locator præferendus est rationabiliter cuicūque, ita dicit Lucas de Pēna, per illum tex.in l.prædia.in fi.eo. titu.Inde est quod dicitur ꝙ in fiscalibus prædijs,non potest emptor colonum expellere ante finem locationis. vt ff.de iur.fisc.l.fi.§.Papinianus.In alijs autē secus est. vt C. loca.l.emptorem, & ff.eo.l.si merces.§.1.Equius tamen vi detur,vt locator debeat certificare veterem colonum & notum facere sibi,quòd pro fundo quem tenuit maior pensio est oblata.arg.l.necesse.ff.de indi.adiec.Sed quid si tātundem ab alio inuenit,quis preferatur,an primus conductor, an secundus,certè secundum d.l.ne cui, est in arbitrio domini,sed in fiscalibus primus præfertur,vt patet in l.si tēpora.C.de fi.instru.& iure hastæ fisc.lib.10.& in l.2. C.de
3 loca. prædi. ciu. lib 11. Secundò fallit † in domo conducta per scholarem vel doctorem legentem. vt in c. primo. extra de loc. & condu. quod Glo.ibi extendit ad alios gaudentes priuilegio scolasticorum, vt sunt scriptores scholarium non vxorati,& chartarij,& librarij, & chartarum rasores,vt dicit ibi Gloss.& etiā bidellus, studij videtur sentire Gloss.dum loquitur de Gallopresso vt in l.hac consultissima. C. qui testamen. face. poss. & omnes illi qui sunt gratia scholarium, sed non meretrices cum quibus agunt scholares,quæ non sunt dignæ laqueis legum. C.de adult. l.quæ adulterium.Sed vtrum massariæ vel pedisseque scholarium gaudent eorum priuilegio videtur dicendum quòd sic,prout famuli scholarium.Istas etiam duas fallentias ponit glo. in d. l.ne cui. Quarto ius congrui est prohibitum etiam de iure diuino;quia est cōtra illud præceptum ne desideres rem proximi tui & patet expresse Esai. c.5. ibi dum

dicit,

dicit, uc qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis, & istum text.alleg.Lud.de Pen. in l.quicunque. la secunda. In verbo vicinas. C.de omni agro deser.lib.11.

4 Quintò † hoc idē patet.ff.de transac.in l.cum ij.§.sed pluribus. vbi si relictus est fundus pluribus ad alimenta, & isti inter se transigunt, non valet transactio sine decreto prætoris quanquam sint coniuncti ratione legati, vnde non est in consideratione ipsa coniunctio. Sextò additur bonus tex.in l. prima. C.communi diuidun. Vbi vnus consortum altero irrequisito potest vēdere etiā partem suam cui vult: & ita ibi no Bal.Septimo in l.nec emere.C.de iur.delib.

Vbi nemo compellitur cui non vult, & ad hoc accedit totus titulus, vt nemo inuitus. C.& de ista materia an q̄s cogatur vēdere vel emere plenè per Guiliel.de Cuneo, in d. l.nec emere.Bal.in l.1.C.de episcop.audi.& do.Abb.Sicu. in c.1.in 1.col.extra de emptio.& vend.& per Bar.in l.annonam. ff. de extraord.cri. Vnum tamen no. quòd si quis esset publice deputatus ad vendendum carnes, & omnibus
5 venderet, & mihi non † poterit compelli ad mihi vendendum in l.si quis magistratus.ff.de mune. & hono.& potero agere actione iniuriarū, quia ex affectu æstimatur iniuria: vt ff.de iniu.l.illud.de quo in capitulis regiæ cameræ summariæ de iure affidaturæ.in c.quod incipit hic sunt. Octauò probatur. natura vult vt nemo debeat ditari cum aliena iactura.ff.de condi.indebi.in l.nam natura & ff.de reg.iur. l.iure naturæ.sed quòd vicinus contra voluntatem emptoris & venditoris habeat iure congrui rem habere, lucratur cum aliena iactura. hoc est contra voluntatem illorum contrahentium, probatur, quia magna iactura est cum non satis sit eorum voluntati, vt dicit glo.no.in l.pen.ff.de cōditio. ob causam. Nonò, nemo cogitur de suo facere beneficium, vt not.extra de præscript.c.cum ex officij, sed q̄ emptor te-
6 neatur vendere vicino, † esset conferre beneficium contra eius voluntatem, & suo iure priuari sine sua culpa, quod esset non debet vt 56.distin.c. satis peruersum & extra de eo qui cogno. consanguin. vxo. c. discretionem. Decimò & vltimo nemo tenetur pro alieno factum suum relinquere, vt probatur in l.si longius.ff.de iudi.Sed q̄ emptor teneatur

tur

tur iure congrui reuendere vicino, sequeretur q; esset magis constrictus desiderio vicini satisfacere quàm suo. Nec illi vicino iniuriam facit, cum vtatur iure suo, vt in c. cum ecclesia Vulterana.extra de elect. ergo necessario sequitur concludendum, q; ius congrui tanquam contra ius, & equitatem non erit obseruandum.

PRO parte q; sic. in contrarium tamen ostenditur decem alijs medijs q; ius † Prothomiseos sit æquum & in iu-
7 dicijs seruandum. Primò per istam l.sancimus. Vbi Imperator Fridericus generaliter in quolibet loco mandat seruari ius congrui, & sic lex ista tanquam posterior correxit omnes antecedentes, & se conformauit cum l. antiqua veteris testamenti, vt dixi supra in primo argumento. Nec est contra legem diuinam, vt dixi in quarto argumento, quia licet rem alterius desiderare sine peccato iure permittēte, vt dixit dominus Sebastia.in proœmio de iure congrui, & quod ius congrui non sit reprobatum patet expresse in c.constitutus iuncta glo.extra de rest.in integ. vbi Papa approbat consuetudinem de iure congrui. Nam si esset contra præceptū Dei non approbasset, & sic ius congrui erit obseruandum in iudicijs per istam l. imo etiam in foro conscientiæ, quia quod habet locum in foro iudiciali, obtinet locum in foro conscientiæ, secundum beatum Thomam, prout refert do. Floria. de Sancto Petro in l.ex parte hæres, in §. Sticho libertatem, ff.fam.herciſc.& not. Bald.in l.adigere, §.quam-
8 uis.& ibi Gl.1.ff.de iure patro. vbi dicit † q; lex ciuilis obtinet vim apostolici & Papę. Et qui contra præceptum, l.facit, peccat mortaliter, ut extra de maio.& obe. cap.2.& no. Bar.in auc.sacramenta puberum, 5.col.C.si aduer.vendi.& Bal.in auc.ingressi.C.de sacrosanctis eccles. Secundò probatur in d.l.dudum ibi dum dicit nisi lex specialiter, vnde prohibitum est ius congrui generaliter, nisi specialiter lex, vel specialis loci consuetudo hoc permittat, & sic cum ista lex specialiter ius congrui permittat. ergo seruanda est, & ita tenet Bal.ibi, & Host.in d.c.cōstitutus.& Bald.in d.l.1. C.communi diui. vbi dicit q; etiam pactum potest permittere.istud ius congrui, vt ff.de verb.obl l.qui Romę, §.cohæredes, ff. de pigno. actio. l.4.§.vbi vero. & dicit verum

quia

quia pactum consuetudo & præscriptio æquiparãtur secundum Bal. in l. 1. circa fi. C. de serui. & aqua. Tertio probatur in d. l. 1. C. non lice. habi. met. lib. 11. vbi dicitur quod metro comi. idest illi qui sunt positi iussu principis in quadam villa mensurata, prohibentur possessiones eorum quocunque alienationis titulo in alios: quàm in metrocomos transferre, si autem alienatio in extraneum facta est, cõtractus initus caret effectu, & quod solutum est restituitur.

9 † Quartò probatur in l. fin. C. de agri. & man. domini. lib. 10. vbi si aliquis ex colonis imperatoris vult vẽdere agrum suum, requirendi sunt alij qui sunt de simili origine, seu in re, nec est vendendus alicui, qui sui consortibus grauis vel molestus existere præsumatur. Quintò probatur in l. si cui fundus, ff. de lega. 2. vbi est in consideratione ratio vicinitatis, & istam legem allegat Glo. in l. si in emptionem. ff. de mino. sic etiam habetur ratio vicinitatis loci in condemnatione fructuum, vt dicit Bal. not. in l. si fundum. C. de rei vend. Sextò adducitur text. in l. hoc iure, §. si aquam, ff. de aqua coti. & esti: vbi alueus fluminis recedentis ratione vicinitatis acquiritur proximo vicino, patet ergo ꝙ rõne vicinitatis & coniunctionis aliquid est in consideratione, sicut in simili dicimus quod ratione coniunctæ obligationis quæ est inter rerum & fideiussorẽ, si defensione quæ competebat reo principali ipse reus non vult vti, põt fideiussor vti. & solet allegari Glo. in l. fi. & ibi eam ponderat Bal. C. de fideiuss. mino. Alia Glo. est in l. minor. 25. ann. ff. de procurat. Septimo probatur in l. fina. C. de iure emphyt. & in

10 c. potuit extra de locat. † vbi emphyteuta volens rem emphyteuticam vendere tenetur prius denunciare domino directo, & posteà si ille refutat emere, potest alijs vẽdere, vt ibi dicitur. facit ad l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de ver. ob. Octauo princeps potest apponere conditionem in re alterius secũdum And. de Barulo, in l. qui fundus, C. de om. agro deser. lib 11. C. de superindicto, l. 1. lib. 10. & C. de incc. nup. l. fin. C. de fund. rei priuat. & saltib. diuinæ domus lib. 11. l. fin. & 16. q. vlt. c. considerandum, & 22. q. 2. innocens in fi. ergo potest rebus subditorum per suam legem imponere conditionem huius iuris congrui. Vnde dicitur.

quòd

quod lex non præsumitur velle contra iustitiam partis nisi in modico, vt C. de preci.imp. offe.l.quotiens secundum Bal.in l.1.in 2.col.ff.de const.princ. In modico enim læditur emptor si restituit vicino rem emptã habito pretio. Et ideo alidiui q inclytus rex Alphonsus de Aragonia dispensauit pluries. q ab extraneo emente rem in ciuitate qui eã emit, vt ibi posset habitare, non possit peti ius congrui, & similiter etiam rex Ferrandinus filius concessit priuilegium hospitali & ecclesiæ sanctæ Mariæ Nunciationis de Neapoli,
11 vt ab ementibus ab ea non possit peti ius congrui. † Potuit enim hoc facere, maxime quia in modico partem lędit, & idem tenet Lucas de Penna, in l.quæcunque.C.de si.instr. & iure haste fisca.lib.decimo. Vbi dicitur q rescripta principũ non debent in iniuriam vel incommodum concedi, vt C.de emancip. liberorum, l.nec auus, & ff.ne quid in loco publico, l.2.§.merito.& in §.si quis à principe & extra de priuileg.c.parentibus, & c.dudum cum concor. hoc verum dicit ipse de incommodo magno.vt ff.de relig.& sump.fun. l.si quis sepulchrum, & 12.quæstione 2.c.si episcopus.& ff. de statu lib.l.si peculium, in fi. Parum vero incommodum bene inferre potest, vt ff.ne quid in flumi.public.l.1.§.sed si aliqua, & no.ff.de aqua pluuia arc.l.in summa, §.item varijs, & ff.ad trebellianum, l.sed cum ab hærede, & cap.cum olim, extra de consuetud.in fi.& de censi.c.1.& c.ad aures, de rescrip.& no. Archid.in c.non potest, de præben.in lib. sexto, in glos. tertia. Item potest inferre tolerabile præiudiciũ alteri, vt ff.de anu.leg.l.3.§.sed si fuerit, & per And.
12 in c.1.in princ. quæ sint rega.† non tamen potest princeps per rescriptum dominium auferre si esset quæsitum alteri, ut not. Bart.in proœ.ffforum, & not.in l.fin.C.si contra ius uel utilita. public. & l.ratas. C.de rescinden.uend. Nono arguitur de.c.primo dę consecratio.eccle.uel alta.lib. sexto, 12.quæst.prima, c.quoniam, ubi ex uicinitate quis consequitur commodum & fauorem, facit quod not.Glos.in l. & qui duas, ff.de seru.urb.prædio. Sic ergo hic dicendum est, ut ex uicinitate habeat ius congrui, sicut alibi dicitur. quod magis creditur testibus uicinis quã extraneis.ut not. in c.de controuer.feud.apud par.termi. & facit quod not.

Bart.

Bar. & Lud. in l. 1. ff. si cer. pet. & not. Bal. in c. 1. §. si tres, de pace tenen. & Bald. in l. de tutela, C. de in integ. restit. mino. & in l. conuenticula. C. de episc. & cler. in l. 1. C. de collu. deteg. Decimò & vltimo pro isto iure Prothomiscos, quòd quis teneatur volens vendere magis suo consanguineo quàm extraneo, facit text. in cap. 1. de alie. feud. & in c. 1. §. sed & res, per quos fiat inuesti. & no. And. de Iser. in c. 1. de alie. feud. pater. vbi licet feudum non possit alienari sine consensu domini, tamen in coniunctum immediate potest fieri alienatio & hoc est in priuilegium coniunctionis, & ille tex. etiam probat quod in emptione rerum alicuius præferri debet agnatus, & facit, ff. de priuileg. credit. l. prima, & not. Luc. de penna, in l. prima, in verbo debiti, C. de impon. lucra. descrip. lib. decimo, quia sanguinis iure trãsferri debet in eum, C. de anno. ciui. lib. decimo, & ex ipso ordine sanguinis, vt C. de priuileg. eorum qui in sac. pala. mil. l. 1. lib. 12. & facit d. l. fina. C. de agri. & man. ibi, simili

13 origine aut iure, lib. vndecimo. Non enim † mirandum est si quis primo compellatur vendere consanguineo magis quam extraneo, quia & multa alia specialia sunt fauore consanguinitatis, quæ non sunt in extraneo, & primo quòd nõ dicitur alienatio illa quæ transfertur in coniunctum, vt in d. iuribus, & ff. de lega. in l. cum pater, §. quindecim, & l. voluntas, C. de fideicommis. vbi prohibitus alienare non intelligitur prohibitus alienare sorori. facit quod not. Ioan. Andr. in regula qui tacet. vbi dicit quod episcopus potest emere à capitulo sine decreto superioris nomine ecclesiæ, & hoc est pp coniunctionem, quæ est inter episcopum & capitulum. Item si sunt duo feudatarij viuentes iure Longobardorum habentes vnum feudum antiquum diuisum, vnus potest vendere partem suam alteri, etiam sine consensu regis, vt in capitulo primo, de aliena. feud. paterni secus si feudum sit nouum, vt in c. 1. § cum vero, de his qui feud. dare possunt. Item si concessum est feudum eo pacto, vt extra agnatos non liceat alienari, videtur permissum inter agnatos, vt not. Iacobus de Aret. in l. si domus, ff. de lega. 1.

14 per d. l. cum pater, §. quindecim, ff. de lega. 3. † Sic etiam prohibitus alienare poterit testari inter suos, vt dicit glo. in

l. fin.

l.fi.C.in quibus cau.colo. domin. accus.poss. lib.11. & not. Specula. in titul. de feud. versicu.12. & in titulo de instrumen.editio.§.compendiose. versicu. quid si ascriptitius. & facit auct.quæ ex ascriptitijs.§.fin. & auctẽn. de alien. emphyteu.§ economus.& l.1.& l.vnum.§.1.ff.si quid in frau. patro Item si sunt plures socij vectigalium licet separatim administrent idoneus tenetur minus idoneo, & hoc ratione coniunctionis facit. l.Titia.§.imperator. & l.peto. §.fratre.& l.vnum ex familia. §.si duos, ff.de lega.primo. & l.si pupillorum, in princip. ff.de rebus eorum. vbi consideratur. ratio coniunctionis. Ad idem facit.l.1. C.de inoff.do. iuncta.l.si nunquam,C.de reuocan.donatio.vbi si donationes inofficiosæ,fiunt in coniunctum reuocantur pro parte, si in extraneum reuocantur in totum. & hoc not. Archid. 17. quæstione vlti. capit. fina. Attenditur etiam ratio consanguinitatis.l.1.§.quamuis,ff.de alimen.pupil.præst. Item licet de iure ciuili quis non possit compelli ad compromittendum vt l.3. §.tam & fi. ff. de arbit. tamen hodie in isto regno per nouum capitulum hoc anno ordinatum, quis cõpellitur compromittere, si litigantes sunt coniuncti vsque

15 ad quartum gradum. † Item tutor regulariter cogitur accipere iudicium pro pupillo, vt in l.fina. C.de administrat. tuto.non tamen tenetur defendere pupillum contra suum consanguineum, vt in l.humanitatis, ff.de excu.tuto.Item si concedatur emphyteusis vsq; ad tertiam generationem: finita tertia, ego qui sum de quarta possum dicere quòd mihi potius detur quam alteri,aliàs possum appellare,vt dicit Bar.in l.1.§.permittitur.ff.de aqua quoti.& esti.& in l.1.ff. de priui.credi.& in l.si mihi & Titio.ff.de ver. ob.& consuluit Lud. cons.68. aliàs 75.Item officialis non potest emere in officio,nisi necessaria ad victum,vt in l.1.C.de contractibus iudic tamen poterit emere ea, quæ fuerunt suorum antecessorum,vt in l.qui officij,ff.de contr.emp.Item si donatio excedit summam quingentorum solidorum præsumitur facta gratia remunerationis tamen si dicta summa donetur consanguineo præsumitur donata gratia cõsanguinitatis,de quo in l.Aquilius regulus,ff.de donatio. Item infamis non potest postulare, sed pro consanguineo non prohi-

betur, vt in l. 1. §. fi. ff. de postu. facit l. petitione, C. de aduo.
16 diuer. iudi. † Similiter religiosi non possunt pro alijs aduocare, vt in cap. 2. extra de postulatio. tamen pro coniunctis possunt aduocare; vt in cap. fin. eodem titulo. & in cap. sacerdotibus, extra ne cleri. vel mona. & not. Spec. in titu. de aduoca. §. 1. versicu. sed nunquid religiosi. Item regulariter hostibus denegantur alimenta, nihilominus consanguineo hosti licet dare alimenta, vt not. in auct. in cestæ. C. de incest. nupti. & in l. mutus. §. manente. ff. de iure do. facit quod habetur in c. 1. §. si quis hæres, de pace tenen. Sic similiter dicitur, si licet occidere hostem: non tamen hostem consanguineum, de quo per Bar. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto, ff. de adulte. & in l. postliminium. §. si filium ff. de capti. & postli. reuer. & in l. minimè. ff. de relig. facit l. secunda. ff. de recep. vbi regulariter non licet receptare rebellem, seu rebelles, tamen licebit consanguineum rebellem receptare. Item licet ambasiator non possit facere ambasiatam per substitutum, poterit tamen per eius filium vt in l. sciendum. §. legatis, ff. de legationib. Item relictum prælato ab aliquo suo consanguineo præsumitur, sui contemplatione relictum, & non ecclesiæ, secus si ab extraneo quia præsumitur contemplatione ecclesię, vt in c. requisisti,
17 extra de testa. † Item ratione sanguinis decedens quis non electa sibi sepultura, præsumitur eligisse illam quæ est suorum consanguineorum, vt in cap. is qui, de sepul. lib. sexto. Item licet regulariter volens doctorari debeat soluere collegio, non tamen soluit volens doctorari filius doctoris collegiati, & ita fuit intellecta Glo. per Docto. nostri collegij. Neapolitani, in l. iubemus, C. de aduoc. diuer. iudi. & de hoc factum fuit nuper statutum in dicto collegio. Item licet regulariter non licet cum excommunicato conuersari, tamen cum consanguineo excommunicato licet, vt in c. inter alia, de sen. excommu. Item licet regulariter percutiens laicum non sit excommunicatus, tamen percutiens consanguineum clerici est excommunicatus, vt in c. sciant cuncti, de elect. lib. sexto, & in c. quicunque, de senten. excommu. in 6. Item coniunctus magis accipitur ad testificandum super ætate quàm extraneus, vt no. Bal. in l. de tutela. C. de integ.

integ.resti mi.& no.And,de Iser.in c,1.de nat.suc.feud. Itē licet reuocatio procuratoris non possit fieri post litem con testatam si tamen procurator efficiatur consanguineus aduersarij poterit reuocari,vt in c.quamuis,de procura.lib.6.
18 † Item regulariter tutor suspectus potest remoueri, tamen si tutor consanguineus pupilli erit suspectus non remouetur,sed datur adiunctus, vt in tex.in l.tutor ab aliquo.ff.de suspec.tuto. Itē si sunt duo fratres habentes feudum,& prestant auxilium Domino in prælio, & vnus aufugit & dimisit Dominū in prælio, licet ex hoc debeat perdere feudum tamen ratione coniunctionis,quam habet cum illo qui Dominum defendit,ille qui aufugit nō perdet feudum, argu.l. is qui duos,ff.de lib.lega.& ponit Bald.in c.1.in 3.q.quibus mod.feud.amit.& in c.1.§.præterea ducatus.de prohib.feu. alie. per Fridericum. Item si sunt duo existentes in pari dignitate & nescitur quis sit præferēdus,& vnus habet filios, & alter non, præfertur ille qui habet filios, vt in lege alio, C.de decurionib. lib.10. Item faciunt illa quæ habentur in l.in suis, ff.de lib.& posthu.& ibi not. Ang. quod æstimum patris prodest filio & facit etiam insti. de inuti. stipula. §.ei vero,& l.fin.C.de impube.& alijs substitu.& l.cum scimus. C.de agri. & censi. libro vndecimo etiam not.in l.2.C. qui ætate.& in l.si mater.§.si quis hominem, ff.de exceptio.rei iudic.& in l.diuo Marco. C.de quæstionib.& in l.moris, ff. de pœnis.& in l.illi quidem,ff.quod met.cau. Hinc est quod dicitur ꝙ priuilegium patris doctoris vel decurionis vt non possit torqueri,vt l.oēs iudices,C.de decu.lib.10.vbi etiam non valet consuetudo in contrarium vendicat sibi locum in dependentibus vsque ad nepotes,vt l.fi.C.de profes. & medi. libro vndecimo, facit etiam. † Quia securitas data patri
19 intelligitur etiam data filio, vt in l. si ita stipulatus fuero per te non fieri.ff.de ver.obli.& in l.1.C.de muneri.& hono.patris in filios continuandis. libro vndecimo, & in l.fin. eod.titu.& in l.diximus.§.si pater,cum seq.ff.de excus.tut. Item filius feudatarij potest dici feudatarius, vt dicit Bald. in c.primo,in fine, an mutus vel alias imperfec. Et alibi dixit An.in cap.1.in fi.quis dicatur dux,comes, vel marchio, quod filius comitis dicitur comes in vita patris, & filius re-

gis dicitur tex. Item ratione coniunctionis inter patrem & filium valet patris testamentum inter liberos sine iuris solẽnitate, vt l.hac consultissima. §.ex imperfecto, C.de testa. & not.Bar.in l.tale pactum. §.fi. ff.de pac.item licet regulariter vir stans cũ muliere solus cũ sola præsumitur luxuriare nihilominus si vir cõsanguineus steterit cũ cõsanguinea ratione sanguinis non præsumitur exercuisse libidine, vt in c.cũ iuuentute,extra de præsump. Itẽ licet regulariter testimoniũ consanguinei pro consanguineo non faciet multã fidẽ,vt in Spec.de test.§.1.tamen in probãda ipsa cõsanguinitate & parentela ipse præfertur alijs vt no.in c. ex cõquestione,de rest.spo. & in c.videtur extra qui ma.accu.pos.& 35.q.6.per totam causam,facit quod not. Ioan. And .in addi.Spec.in ti.de iud.deleg.§.superest,in addi.quæ incipit p

20 hanc legem, ꝙ † si iudex est consanguineus vtrique parti in ęquali gradu non potest recusari, vt suspectus ab vna parte ratione consanguinitatis. facit ad hoc l.in arena, C. de inof.test.Item si lego Titio centum & sunt duo Titij, præsumitur legatum factum Titio consanguineo, vt probatur in l.si fuerit,a cõtrario sensu.ff.de rebus dub.Item licet nõ habens mandatum non possit comparere: tamen si est consanguineus potest comparere cum cautione de rato, vt in l. sed hęc, de procur.& in l.1.C.eo.tit.& in ca. nonnulli, de rescrip.Item quia iniuria facta vni de agnatione videtur omnibus facta, vt in l vnica C.si quacunque præd. pote. & no. Bar.in l.lex cornelia.ff.de iniur.& l.miles,§.socer, eod.tit. & est Gl.in auc.de incest.nup.in prin. in verbo generi.quæ allegat alias concor.& vide Iac.Butr.in l.vt vim, ff.de iusti. & iur.& Bal.in l.1.C.de indi.vidui.Item pater potest remittere iniuriam factã filio ab extraneo eo inuito,vt in l.in personam.§.fi.ff.de pac.& no.Bar.in l.Lucius.ff.de solu. Itẽ pater ratione consanguinitatis suffert pro filio quatuordecim onera,de quibus per Bar.in l.onera,ff.de adoptio.Itẽ regulariter extraneus non imponit defensam pro extraneo,sed cõsanguineus pro consanguineo sic,ut dicit Glo.in consti.regni:iurisgentium de defensis factis ex parte imperiali, & ibi per And.vbi dicit quod si licet occidere adulterantẽ consanguineam,vt in l.raptores,C.de episcop.& cleri.ergo multo

fortius

21 fortius licet defensam imponere pro consanguineo † Item quia præsentia consanguineorum facit cessare præsumptionē doli & fraudis,quod secus esset si interuenisset extranei non amici,vt no.Bar. & alij.in l.transactionem.C.de transactio. Item si consanguineus facit expensas consanguineo illas repetere non potest,nisi protesterui quod animo repetēdi illas facit.licet secus fit in extraneo,vt in l.Nesennius appollinaris,ff de neg gest.& in l.Alimenta,C.eo. tit.facit l. qui filium,ff.vbi pupil.educa.debet vbi frater tenetur alere fratrem vt no.Bal.in l.1.C.de alen.libe.Itē si testator legat rē alienam consanguineo ualet legatū,secus si in extraneo, ut in l.cū alienam,C.de leg.& not.in l.unum ex familia.§.si rem.ff.de lega.2.Itē si testator legauit rem hæredis Titio,si res legata alias fuit antecessorum Titij , hæres non liberatur dando æstimationem,sed tenetur præcisè tradere, ut in l.possessionem,C.communia utriusque iudi.Item regulariter libera persona non potest uendi , tamen in casu necessitatis pater filium potest uendere , ut in leg. secunda. C.de pat.qui filios distra.& not.in Specu.de feu.in princip. Item ubi plures sunt ęquales ad accusandum consanguineus præfertur alijs,ut in l.qui antē.§ si uero,ff de his qui deie. uel

22 effu. † Item licet extraneus non possit extraneum ad religionem obligare:tamen pater potest filium ad religionem obligare,ut dicit Glo.quæ allegat iura decreti. in l.hac diutius. C.de agri. & cen. lib.11. de quo per Hosti. in sum.de reg.§.sed utrum.uer.si igitur pater cum seq. Item regulariter si primū testamentū est ualidū,& s̄m inualidū ; secundū non rumpit primū,tamē si in primo testamēto solenni instituti essent extranei hæredes,& in secūdo minus solenni essent instituti uenientes ab intest. non ualere primum sed s̄m & hoc ratione sanguinis.ita dicit Bar.in l.milites. §.ueterani ff.de testa.mili.& in l.si filius,ff.de lib.& posth.& ex tex. in l.hac consultissima,§.fi.C.de test.Similiter si apparerent duo testamenta eodem die facta , & non apparet quod sit primum uel posterius, illud testamentum ualet in quo sunt instituti uenientes ab intestato de quo per Cyn.potest Gl.in l.fi.C.de edict.diui adri.tol.per Bar. post Glo.in l.1. § si quis duobus.ff.de bo.pos.secūdum tab.& Glo. in c.duo

bus,de rescrip.lib.6.Nam maior affectio est ad agnatos quã ad extraneos,vt dicit Bal.in l.precibus in fin.C.de impu.nã in dubio testator magis habet respectum ad ius hæreditariũ quam ad personam, vt in l.itá liber, in fin. ff.de statu lib.& no.Bar.in l.Titia,de lega.2.Item in dubio testator prouidere videtur cui plus interest,vt dicit Bar.in l.fideicommissa.
23 §.interdum,ff de lega.3.† Item ratione coniunctionis personam cum taciturnitate longi temporis præsumatur remissio debiti,quod secus est in extraneis, vt in l.Procula, ff.de proba. Item ratione coniunctionis personarum præsumitur consensus ob taciturnitatem vnius anni, sed in extraneo requiritur taciturnitas trium annorum,vt not.in c.Titius, si de feu.fue. controuer. Item ratione coniunctionis quando pater est occisus, & compositio debet parti assignari,non assignatur hæredi occisi, sed filio, quia potius habetur ratio cõiunctarum personarum quam extranearum. arg. ff.de pact.l.antepen.& ff.de priuil.credi.l.2.secundum Iac. de Ardizo.in sua laudabili summa de pac.tenen.§.sed si post compositionem. Item licet regulariter alteri per alterum nemo possit stipulari, tamen non habet locum in coniuncto secundum Bar.in l.stipulatio ista,habere licere.§. si stipuler ff.de ver.obl.not.Bal.in c.1.si vasallus feu.priue.Item licet hæreditas non addita regulariter non transmittatur, vt in l.vnica.§.in nouissimo,C.de cadu.tollen.tamen suus transmittit, quia continuatur quodammodo in eum possessio, vt not. in d.l.in suis, de libe. & posth. de quo per Bald. in l.cũ antiquioribus, C.de iure delibe. Item licet Alias fideiussor pauper non sit idoneus,tamen si est fideiussor consanguineus, licet sit pauper dicitur idoneus, vt in l.3.ff.de in
24 ius vocan.† Itẽ licet bona clericorum debeant ad ecclesiam venire, tamen si habent consanguineos ad ipsos veniunt exclusa ecclesia,de quo per Bald.in l.vnica.§.is ita, in fi.C.de cad.tol.Item licet regulariter quando quis decedit sine hærede, fiscus succedit per titulum C.de bo. vacan. tamen vir excludit fiscum a successione vxoris, de quo vide in auth. præterea, C.vnde vir.& vxo. Sic etiam si moritur vnus doctor de collegio sine hærede collegium ei succedit & non fiscus vt in l.1.C.de hære.decu.Item si princeps duobus fecit

largitio-

largitionem vnus succedit alteri propter coniunctionem in illo dono, vt in l. 1. C. si soci. imper. larg. lib. 10. Fallit in feudo vt in c. 1. §. cũ vero, de his qui feu. da. pos. Item si aliquis dixit alicui iniuriam præsumitur animo iniuriandi, secus si consanguineus leuem iniuriam dixerit consanguineo: quia præsumitur animo corrigendi, vt dicit Barto. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. allegat Glos. in l. 1. ff. de succes. edict. Item extraneus non præsumitur scire facta extranei. Fallit in consanguineo. vt in l. octaui, ff. vnde cogna. facit quod no. Bart. in l. 1. ff. si cer. pe. & Bal. in l. de tutela, C. de in inte. rest. min. Itẽ regulariter valet matrimoniũ inter non coniũctos, tamen inter consanguineos non valet regulariter nisi post quartum gradum. vt in c. non debet, de consan. & affi. & in
25 c. literas, de rest. spo. & in Spe. de cõsan. & affi. §. 1. in fi. † Itẽ licet vasallus teneatur dominum adiuuare, non tamen contra se vel suos consanguineos, sed tunc poterit feudo renunciare inuito domino. vt dicit Iac. de Ardi. in dicta sum. quib. mod. feu. ami. & potest vasallus etiam refutare inuitis dominis de quo in l. imperialem, in verbo calidis de prohib. feu. alien. per Frideri. & in c. 1. de vas. qui contra constit. Loth. item clericus in sacris non potest adoptare extraneũ, sed consanguineum sic secundum Bar. in l. qui vxorem, ff. de adopt. Item regulariter prohibita est permutatio cum ecclesia, tamen Imperator potest permutare cum ecclesia ratione coniunctionis, quæ est inter imperium & sacerdotium, vt in auc. de non alie. in §. sancimus. Item ratione coniunctionis cessat ratio furti inter cohæredes. l. plura. §. vlt. ff. fami. ercis. Sic etiam cessat actio furti inter virum & vxorem, sed datur actio rerum amotarum, vt in toto titulo ff. rerum amota. facit etiam text. C. in tit. de consor. eius. litis. Item ratione indiuidui, & sic coniunctionis vnus sortitur priuilegium alterius. vt in l. loci. §. si fundus, ff. si serui. vend. & in l. si communem, ff. quemadmo. serui. amit. & not. Bart. in l. 1.
26 C. si in communi eademque cau. in integ. rest. post. † Item interdum consanguinitas inducit suspitionem, vt in auct. de alie. feud. §. œconomus verò. & ideo prælati non possunt infeudare consanguineis, sed extraneis sic res ecclesię, vt no. in auct. quibuscunq;, C. de sacrosan. eccle. & in c. 1. qui suc-

sess. tene. & in c. 1. si de inuesti. inter dom. & vasallis oriatur, & in cle. 1. §. abbates. de exces. præla. Ex quibus omnibus patet quod ius Prothomiseos non solum ratione sanguinis, sed etiam ratione connexitatis debet esse in cõsideratione. Nam & interdum aliqua veniunt ratione connexitatis quæ alias non venirent. vt in l. sed interdum, ff. de aq. plu. arcen. & l. cum pater. ff. de nego. gest. facit l. 2. cum concor. allegatis in gl. ff. de iurisd. om. iud. Nec obstant in contrarium allegata quia ius congrui est permissum vbi est cõsuetudo, vt no. in d. c. constitutus, extra de rest. in integ. Et vbi non est consuetudo in contrarium, seruatur ista lex Imperatoris Friderici ad cuius declarationem descendam post cras. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Dictio Sanctio, apposita in l. pœnaliter operatur.*
Ciuis quis dicendus. Item & ciuitas. 3.
2 *Prouincia quid sit. Et quo tempore distinctæ prouinciæ.*
Villa sub ciuitate continetur.
3 *Ius congrui in terris ecclesiæ non seruatur. 8.*
4 *Ius Prothomiseos in mobilibus locum non habet,*
Et an habeat locum in fructibus pendentibus qui inter immobilis computantur.
Fructus quando dicantur res mobilis: & quando res immobilis.
5 *Pedagia soluens non potest capi pro represalijs.*
Vsusfructus inter immobilia connumeratur.
6 *Redditus annui inter immobilia continentur, si sint diu duraturi.*
7 *Ius Prothomiseos nunquid sortiatur locum in emphyteuthicis.*
Et quid de feudis.
8 *Ius Prothomiseos: an locum habeat clerico emente aut vendente pro seipso.*
Lex municipalis ecclesiæ fauens, an eam liget, nisi sit approbata per Papam. 11.
9 *Ciuium appellatione veniunt clerici.*
10 *Leges quæ canonibus non contradicunt, intelliguntur à Papa confirmatæ.*
12 *Bona stauritæ nũqd cẽsenda vt bona ecclesiastica: vel secularia. 13.*
13 *Stauritarij nunquid teneantur ad decimam.*

Ius

37 *Feudatario alienante agnati extraneis præferuntur etiam si non habeant feudum collaterale.*

Vsufructuarius fundi an possit agere iure congrui contra emptorem.

38 *Locatarius ad longum tempus potest petere rem emptam iure congrui.*

39 *Ius congrui nunquid competat insolidum vicino qui iure deplicata habet.*

Censuario ius congrui competit.

40 *Vicinus in proprietate emenda ex iure congrui nunquid vsufructuario præferendus.*

Fundum vectigalem possidens ius habet congrui.

Ius congrui competit marito ratione rei dotalis.

41 *Vicinus dans vendendi licentiam vicino nunquid amittat ius congrui.*

42 *Ius congrui ex equo partitur pluribus vicinis alienatum.*

43 *Ius congrui an cedi possit.*

44 *Vicinus propior remotiorem excludit in iure Prothomiseos.*

45 *Iudicium sortis, an & quando locum habeat iure congrui.*

Sors quot modis capiatur.

Maior natu nunquid debeat diuidere & minor elegere.

46 *Ius congrui totum competit idoneo collaterali alio inhabili.*

47 *Vendens an possit postea petere iure congrui quod adiacet suo fundo quem pro parte vendiderat.*

48 *Emptor, & venditor sunt correlatiua.*

Defensiones venditorem iuuantes emptorem non repellunt.

PRINCIPIVM LEGIS.

SAncimus a modo. Tota hæc lex seu constitutio, diuiditur in nouem partes principales. In prima parte ponitur in quibus rebus habet locum ius congrui: demum ponit quibus personis per ordinem competit ius Prothomiseos, & durat vsq; ibi, & intra 30. dies, & hic est secunda pars, vbi ponitur intra quod tempus liceat rem venditam petere iure cógrui & durat vsque ibi, licet enim, & hic est tertia pars, vbi

vbi ponitur in quibus casibus non habet locum ius congrui, & durat vsque ibi, Nisi & est quarta pars, vbi ponitur quid de contractibus simulatis factis in fraudem iuris congrui, durat vsq; ibi, prohibemus, vbi ponitur prohibitio contractuum in quibus non habet locum ius congrui cum personis potentioribus, & durat vsq; ibi scriptum est, & hic est sexta pars, vbi recitantur consuetudines Grecæ oquentis de iure congrui quod tempus competat istud ius congrui vicino, & durat vsque ibi, Item de episcopo, hic est septima pars, vbi dicitur quid seruatur secundum legem Græcorum quando plures concurrunt ad petendum ius congrui ratione vicinitatis, & durat ibi, si autem, hic est octaua pars, vbi ponitur quedam decisio secundum legem Grecorum quando ad petendum ius congrui concurrunt vicini & parentes, quis eorum præferatur, & durat vsq; ibi, est autem, hic est nona & vltima pars, vbi dicitur quod ius congrui non competit viæ publicæ, nec ecclesiæ, nec fisco, & sic de ista lege faciam nouem. §. vt diuisi.

Prima pars principalis subdiuiditur in duas partes.

Nam in prima parte Imperator ponit regulam, videlicet quod volens rem stabilem alienare, in primis debet requirere parentes, & ijs deficientibus socios, id est consanguineos qui coniuncti sunt ex aliqua parte, subaudi ex parte patris aut matris, ijs vero deficientibus, coniunctos & conuicinos rei venditæ extraneos si ipsi volunt emere quia ipse intendit vendere, omnibus enim istis competit ius congrui ordine successiuo, & hæc pars durat vsq; ibi, finautem, hic est secunda pars, vbi ponitur decisio cuiusdam dubitationis quæ posset fieri. Quid si sunt plures quibus competit ius Prothomiseos, puta sunt plures parentes, puta auus, pater, & mater, vel si sunt plures consanguinei eiusdem gradus, vicini rei quæ venditur; an omnibus istis debeat denunciari, vel sufficiat vni tantum denunciari, dicitur hic in tex. quod omnibus denunciari debet, hoc dicit hæc prima pars.

1 NOTA PRIMO, † ex tex. ibi, sancimus, quod per istud verbum apparet quod ista lex seu cõstitutio est pœna vallata. Nam vbicunque hoc verbum, sanctio, est appositum in lege, signum est quod constitutio illa est pœnalis, secundum

Arch.

Arch.in c.statutum, in prin. de rescri. lib.6. Nota secundò ex tex. ꝙ ista lex de iure Prothomiseos seruatur in omni ꝓuincia,& in omni ciuitate; quia qui omne dicit nihil excludit,vt not.in l.omnes populi,ff.de iust. & iu. Sed an ista lex debeat seruari in terris & castris,& villis, & casibus, videtur ꝙ non quia tex.solum dicit de prouincia & ciuitate.Itē quia ciuis dicitur,non qui ex vico seu ex villa,sed qui ex ciuitate oriundus est,vt in auct quib. mo.na.effi.sui.§.si quis igitur ex qualibet.Item quia sub nomine ciuitatis non continetur ipsa vniuersitas. Vnde si vniuersitas eorum subijciatur interdicta potest ibi celebrari ianuis apertis & pulsatis campanis . Secus si interdicatur ipsa ciuitas, quia tunc non potest eo modo ibi celebrari,de quo per Archi.in c.si sentētia, de senten. excom.lib.6. Sed in contrarium est veritas.

2 Nam † prouincia est quæ habet decem , vel vndecim ciuitates & vnum regem,vel vnum iudicem,vt 6.q.3. capit.scitote,& 13.q.4.cap.duo,Item vnum metropolitanum & decem,vel vndecim suffraganeos, vt ibidem, quo autem tempore prouinciæ distinctæ fuerunt habetur.49. distin.c. prouincię,& no.Inno.in c. cū causam, de proba.Regnum illud Siciliæ accipitur pro vna prouincia, licèt sint multò plures ciuitates, vt in const.regni, de consuetudinem præscrip. Et sic clarè patet , ꝙ prouincia comprehendit sub se ciuitates, licèt hic expresse dicatur,& in omni ciuitate, cū hoc sit gratia clarioris intellectus , sed appellatione ciuitatis veniunt castra,& villę.Nam si res imponit collectam ciuitati, videtur etiam imponere villis ipsius ciuitatis , quia villa sub ciuitate continetur,vt est gl.no. allegans plura iura, in auct. quia mo.na.eff.sui.§. si verò nec ciuis,C.de incolis,l.nō est lib.10.& ff.ad mun.l.q ex vico,& in l.mediterraneę. C.de anno.tribu.lib.10.& habetur per Doc.in l.ciuitas,ff.si cert. pe.per Bar.in l.fi.C.de sac.san.ecc.& l.si finita.§. si de vectigalibus.ff.de dam.infec.& per Arch.in d.c.statutū,de rescr. lib.6.in 2.char.& per Cy.in l.etiam,C.de iur.do.& per Io. And.in c.si ciuitas , de sent.excom.lib.6.& per Bart. in l.si heres,in §.vicis,ff. de le.1.vbi ponit quid sit ciuitas, qd villa,quid castrū,& per eundē in extrau.qui.sint rebel.in ver. Lombardiæ & per Luc.de Pen. in l.litibus , de agr.& cens. lib.12.

3 lib.11.Et dicit Bar.in l.1.C.de metropol.† ꝙ illa dicitur ciuitas quę habet episcopum,& idem dicit in d.§.vicis, ergo si appellatione ciuitatis continetur villę & suburbia, idest domus quę sequitur ꝙ ius congrui erit et seruandum in castris, & villis quæ sub ciuitate continentur. Sed iuxta hoc quæro quid de terris & ciuitatibus ecclesiæ, an in illis debeat obseruari istud ius Protho. certe non,maximè quia Imperator non potest imponere legē in terris ecclesię non subditis,no.Glo.in auc.quomodo oportet episcopos, in princ. sub verbo gratia, vt patet ex notatis,in c.cum ecclesia,& ca. ecclesia S.Marię, de const. Sed ponamus quod quędam ciuitas,vel castrum, vel villa. est vnius episcopi de regno, & rex est directus dominus dictę ciuitatis uel uille,an ibi debeat seruari istud ius Protho.certè sic,per not.in c.2. extra de maio.& obe.& per hoc etiam facit quod clericus ratione feudi,conuenitur coram domino feudi laico,tex.est in c. cęterum extra de iud.& no.in ca.verum,de for.compet.& per And.in c.1.§.item si clericus, de cap.Corra.& in Spec.de feu.§.quoniam,ibi Io.And.multum pulchrè.

TERTIO NOTA ex tex.ꝙ quando venduntur bona stabilia habet locum ius Prothomiseos,in mobilibus autem non habet locū per istum tex.Sed iuxta hoc quæro† quid
4 si vendantur fructus pendentes, an habeat locum ius Protho.dic ꝙ sic,quia fructus pendentes inter immobilia cōputantur,ff.de rei vend.l.fructus,& illa litera dixit ꝙ ius Protho.habet locum si vendatur domus,uel ager,vel vinea, vel res immobiles, ergo in fructibus pendentibus habet locum ius congrui, puta si vendatur frumentum in herba vel nondum secatum a terra, vel uinum existens in vuis nondum expressis existentibus in arbore. Secus sit in palmitibus. In ijs enim habet locum ius congrui,sed si esset frumentum in messe tunc cēseretur rex mobilis,ita dicit Bal.in c.1.§.si qs hominem, de pace tenen. Item quæro quid si vendatur in perpetuum pedagia & guidagia & salmaria, & similes gabellæ,an in istis habeāt locum ius cōgrui,uidetur ꝙ sic,q2 illa ueniunt appellationem immobiliū, ut patet ex notatis per Bal.in c.2.de feu.cogn.& in c.1.quę sint regalia.Nā iste gabellæ soluuntur ratione soli publici a transeuntibus, ut

in

in c.super, de verb.sign.& in l.1. ff.de publica. & soluuntur pro securitate itinerum secundum Bal.in d.c.1.quæ sint regalia, vbi dicit referendo Odofre. in auth. habita, C. ne filius pro patre, q si soluens pedagia non potest capi pro represalijs, facit quod idem Bald. dicit in c.1.§.conuenticulas de pace iura.firman.q colligens pedagia debet tenere itinera tuta, alias tenetur de roboria, vel exhibere malefactorem, & idem dicit ipse in c.1.7.col. de ijs qui feud.dar.pos. Item quæro quid si vendatur vsusfructus fundi, an habeat locum ius congrui, dico q sic, quia vsusfructus fundi, pars fundi est, & consequenter est res immobilis, vt l. 4.ff. vsufruct.ff. de euictio.l.si ab emptore, ff.de lega.2.l.cum filius §.dominus, & ff.de verb.oblig.l. qui vsumfructum, & ff de pec.l.quam Tuberonis §.in peculio, & si concurrit vicinus & proprietarius, præfertur proprietarius, argu. eorum quæ dicit Guil.de Cuneo, in l.Imperatores, ff.de pact.& facit l. fi.C.de iur.emphy.Item quæro quid si venduntur annui redditus certi, & diu duraturi, puta venduntur isti reditus vel census perpetui, an habeat locum ius Prothomiseos, dic q sic, quia isti reditus inter immobilia computantur, vt c. de iure doti.l.fi.§.præterea, vbi isti annui reditus perpetui, appellantur panes ciuiles & certi, computantur inter immobilia, & hoc verbo panes ciuiles, vtitur tex.in d.§.præterea, & tex.in l. 2. circa fi.C.de peti.bono.subla.lib.10. & text.in l. iubemus nulli, in princ.C.de sac.sanct.ecclē. vbi tex.vtitur
6 verbo annonas ciuiles, & † quod isti annui reditur perpetui inter immobilia connumerentur, voluit Bald.in d.cap.2.de feud.cogn.allegans tex.in c.querelā, in fin.de elec.Sed melior tex.in cle.exiui, in §.cunq;, de verbo.signi.& est bonus tex.iuncta Glo.in verbo reditus, in §. si verò habet reditus in auct.vt ij qui obli. se habere perhib. res min.& vide Cy. in l.hac edictali.§ is illud.C.de secun.nupt.vbi dicit q qui habet reditum annuum tanquam possess. immobilium releuatur a cautione de iudicio sisti, vt in auct. de non alienan. circa prin. Alias autem si annui reditus non essent diu duraturi nec certi, tunc in illis haberet locum ius Protho. quia reputantur inter mobilia, vt consuluit Fede.de Sen.in consil.12.& consi.65. facit Glo.iuncto tex.in d.§.1.in auctē.de

non

non alie.& Glo.in cle. 1.de reb.eccle.nō alie.& Bald.in d.l. iubemus,vbi dicit ꝙ præstatio censüs si est ad magnum tem pus, vel imperpetuum dicitur quoddam ius immobile abstractum & consideratum de per se, & vide ad prædicta Ange.in auct.ingressi,C.de sacrosf.eccl.& in l.sciendum, ff.qui satisd.cog. & Cy.in l.si certis annis, C.de pact.& Io Andr. in c.peruenit,de cen.& Bal.in repeti.l.2.versi.sciendum autem, C.de serui. & aqua.& in l.litibus, & in l.si coloni, C. de agr. & cens.lib. 11.

7 ITEM QVÆRO AN IVS † Prothomiseos habet locum quando venduntur bona emphyteutica, puta ego habeo vnam domum emphyteuticam, & volo illam vendere, & dominus directus non vult ipsam emere,quia si ipse vellet eā emere præferretur omnibus alijs, vt expresse sumat Guil.de Cu.in d.l.Imperatores, & patet in d.l.fin.an debeo obseruare illud quod dicitur hic.Respondeo sic;quia ex quo venditur illud vtile dominium,in illo vtili dominio habet locum ius congrui, nec distinguitur an sit emphyteuta ecclesiæ,vel priuati, & ita videtur tenere dominus Sebastianus in prima consuetudine de iure congrui, in versi.alicuius, & iure isto vtimur. Item quæro an illud ius Prothomiseos habeat locum in feudis, videtur ꝙ non, quia in generali appellatione bonorum non veniunt bona feudalia in c.si generalis,si de feud.fuerit, & in c. 1.de capita.qui curi.vendi.& consuluit Ludo.consi.suo 161.vnde dicit Angel.in l.si patro.ff.ad Trebel. ꝙ si quis sit rogatus restituere hæreditatem, non veniunt bona feudalia & emphyteutica, in restitutione fideicommissi quia vicinus non habet ius cō grui, quando venduntur bona feudalia, quia alienatio non potest fieri vicino de re feu.sine consensu regis,vt in constitutione regni. Constitutionem. Vnde si princeps consensit Titio extraneo ementi,non propterea sequitur ꝙ consensit Sēpronio vicino,quia alia est persona extranei, alia est persona vicini, & princeps non debet habere eum in vasallum quem nollet, alias sequeretur ꝙ feudum iure congrui posset alienari vicino sine consensu regis, quod est contra dictam constitutionem, & ita intelligantur iura præallegata, sed bene habet locum ratione sanguinis ius Prothomiseos

quando

quando venduntur bona feudalia. Nam proximior consanguineus poterit agere iure congrui, si ille proximior venditor tenetur illi vendere, & pro hoc est tex. in terminis, in c. 1. §. sed & res, pro quo fiet inuesti. & hoc etiam firmat hic Bal. licet non ita clare.

8 ITEM QVÆRO † an illud ius congrui habeat locum in rebus eccl. quando res eccl. venduntur, uel quando ecclesia emit. dic ꝙ nõ, quia lex ciuilis, uel laicorum cõsuetudo nihil potest disponere de rebus eccle. ut in d. c. quæ in ecclesiarũ, & c. ecclesia S. Mariȩ, de cõst. & hoc est de generali consuetudine, vt latiùs de hoc dicã infra in 9. §. legis nostræ. Item quæro an si clericus emat vel vendat pro seipso, & non pro ecclesia, habeat locum ius congrui, videtur ꝙ nõ, quia illud ius quod est in rebus ecclesiæ, est in bonis clericorum, ut no. Inno. in c. fi. extra de vita & hone. cle. Item quia laici nihil possunt disponere contra personas ecclesiasticas, ut 96. dist. c. benè quidem, & in d. c. ecclesia, & in d. c. fin. & C. de episc. & cler. auct. statuimus, facit regula tradita per Host. in c. fi. de solu. ubi dicit ꝙ lex municipalis etiã fauens ecclesijs, uel personis ecclesiasticis, non continet personas Ecclesiasticas, uel ecclesias, nisi sit approbata per Papam, ut in d. c. benè quidem, & in d. cap. quȩ in ecclesiarũ, secùs in legibus imperialibus, quia illę ligant etiam si non sint approbatæ per Papam dummodò sint fauorabiles ecclesijs, 10. distin. c. 1. & 2. & 37. dist. c. si quidem, & de priuileg. c. 2. & de noui oper. nun. c. 1. de cau. pos. & proprie. ca. 2. & hoc expresse firmat Cy. in l. 1. circa fi. C. quæ sit lon. consue. ubi concludit ꝙ consuetudo populi non ligat clericos, & hoc uidetur tenere Inno. in c. auditis, de rest. in integ. In contrarium tamen uidetur ꝙ ista consuetudo iuris congrui non est inimica canonibus, ergo etiam est seruanda quo ad clericos, ut dicit glo. in c. cæterum, de appella. quia appellationis ciuis comprehenduntur etiam clerici, ut not. Bar. in
9 l. 1. ff. ad municipa. Vbi dicit ꝙ † appellatione ciuium ueniunt Clerici. Item pro hoc facit etiam quędam Theorica Bart. in l. prima, C. de summa Tri. qui dicit ꝙ lex municipalis disponens per uerba generalia non infringens ecclesiasticam libertatem, stringit ecclesiasticas personas per c. cum

uenis-

venissent, extra de eo qui mit.in pos.causa rei seruan.& per c.cum causam. de re iudi. Item per hoc allegatur decisio in terminis in c.constitutus de rescrip. Vbi consuetudo ciuitatis super iure congrui, comprehendit etiã clericos illius ciuitatis, & etiam ibi videtur tenere Abb.& Cy.in l.neq; C. de hære.insti.quem refert ibi Bal.& hic, quod verum intelligit Ioan.de Imo. in d.c.constitutus, quatenus ius congrui respicit commodum clericorum, alleg.quod not.Io.And.in c.dilecti de fo.compe.& in c.fi.de offi.deleg.lib.vi.& sic videtur secundum opi.Io.de Imo.ꝙ clericus possit ab alio petere ius congrui, sed ab eo peti non possit, & pro hoc facit quod no.Gloss. in c.nouit.super verbo quicunque de iudi. vbi ecclesia potest inducere legem cum pro ipsa facit, sed eam contra se recipere non tenetur x dist.c.legem. Sed certè clericus tunc non seruaret æqualitatem iuxta ea quæ habentur.in l.fi. C.de fru.& litis expen.& faceret contra illud præceptum. Patere legem quam tu ipse tulerit dicit tamen

10 Glo.in c.intelleximus.de oper.noui nun.ꝙ † leges quę canonibus non contradicunt, tanquam canones sunt seruandæ, & intelliguntur a Papa confirmatæ. vt in d.c.benè quidem.& ibi Archi.& tenet Federi.de Senis in cõsilio. cxvij. & sic clericus ligatur iure congrui, cum ius congrui non sit contra canones imò permissum, vt patet in d.c.constitutus. & hoc communiter sequuntur Docto.& eandem opi.firmat d.Sebast.in titu.de iure congrui, in cõsuetudine si ecclesia. & in prooemio super verbo tenore, quia clerici subsunt principi quo ad bona temporalia siue patrimonialia ipsorum.vt C.de epis.& cler.auc.presbyteros. & in cõstitu.regni de cõueni.cleri.pro poss.quas nõ tenẽt ab ecclesia, sed debet clericus conueniri super iure congrui coram iudice ecclesiastico.vt in c.si diligẽti. de foro compet.quia actor sequitur forũ rei & in curia ecclesiastica poterit allegari consuetudo iuris congrui, vt dicit idẽ Sebast.in d.tit.cõsuetudine si eccle. ꝑ no.in l.ex ea.ff.de postu. licèt hoc malè seruetur in curia

11 archiepiscopali Neapolitana. † De ista tamen materia an lex ciuilis seu municipalis liget etiã clericos, quo ad eorũ bona.vide plenè per do.Frã.de Zaba.in repe.c.perpẽdimus. de sen.excom.& per eundem in c.si sententia. in prin.eo.ti.

& in c. fin. de vita & hone. cle. & in c.cum uenerabilis. de excep.& in c.fi.de solu.& in c.dilecti. de foro competent.& in c.at si clerici.de iudicijs. Io.de Imo. in c.cum contingat. de iureiuran. Io.And.in ca.tuarum. de priuileg. & Doct.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.extra de constitu. & in c.1.de no ui oper.nun.& Lapum allegatione sua c.ubi dat intellectum ad supradictam theoricam Bar.& Bat.in l.1.C.de summa tri nita.& Oldra.in sua q.xvii. & Ioan. And.in addi. Specu.in tit.de feu.& Bal.in l.priuilegia. C.de sacrosan.eccle. & Lucas de Penna in l.1.in versicu. omne genu, de condu. & pro cura.lib.xi.

SVBSEQVENTER QVÆRO an si staurita rij qui vendant bona staurita, uel emant bona staurita, ha-
22 beant in illis bonis locum ius congrui. † Istud dubium dependet ab alio an bona staurita censeantur ut bona ecclesiastica, uel ut secularia. dicit Sebasti.in tit.de iure congrui in consuetudine si ecclesia q bona staurita dicuntur bona secularia,& non ecclesiastica, quia bona staurita gubernantur per æconomos laicos & seculares ut C.de sacrosan.eccl. l.iubemus nulli. & pro ista opinione ultra eum adduco primo, quia ista staurita non est fundata authoritate epis. ut in ca.ad hæc.de relig.do.& in ca.inter dilectos.de dona. & per Glo.in cle.per literas de præben. ibi Pau.de Lea. ergo sunt merè laicorum. Secundo quia res ecclesiæ debent gubernari per æconomos qui sunt clerici. ut in c.imperatorum.de iura.cal. sed staturita gubernantur per laicos ergo &c.

Tertiò bona staurita alienantur sine authoritate episcopi quod non posset fieri si essent bona ecclesiæ ut in c.1.& per totum de reb. eccle. non alie. & c. abbatibus.xii.q.2. & in c.hoc consultissimo.& in monasteriorum.de reb.eccle. non alie. & de hoc est constitutio Girardina de qua fit mentio in c.regni. Quartò ipsi seculares stauritarij faciunt sibi syndicum,& non episcopus,ut in d.c.ad hæc de relig. do.ergo censentur bona laicorum. Quintò habet stauritarij collegium seculare & militare, quod non subijcitur cur.ecclę ut in c.si quis despicit.42.dis.& 24.quæst.2.c.san. Sextò episcopus nullam iurisdictionem In ipsis exercet, nec excercet aliquā legē diocesaui neque iurisdictionem nec ha-

bet

bet cathedraticum, nec quartam nec aliquid iuxta formam cap. conquerentis. & c. dilectus. de offi. or. iuncta clemen. du dum. de sepulturis. Septimo bona staurita non reperiuntur in cartophilatio .i. in catastico ecclesiæ descripta. ut in cap. 1. de proba. & ibi Anto. de But. ergo censentur secularia bona. Octauò quia isti staurritarij fuerunt & sunt in possessione à tempore cuius initij in contrarium memoria hominum non existit, quia res eorum reputantur ut bona laicorum, & habent uim priuilegij, ut in cap. super quibusdam. §. præterea. in Glos. de uer. significatio. & in c. 1. de pre
13 scrip. in 6. & dominus rex noster † Ferdinandus dum solui debebat decima papalis, asseruit q bona staurita non tenentur ad soluendum quia sunt laycorum, sed tenentur ei soluere sicut de alijs bonis laycorum. Nam princeps iudicat in causa propria, ut in cap. ex parte in Christo. de verb. signifi. & in cap. cum uenissent, de iudicijs. & q non teneantur ad decimam papalem staurritarij tenet Io. de Imo. in d. cle. per literas. de præben. & dicit Glos. quod ita extitit declaratum per maximos Pontifices uidelicet per Clementem. 4. & Honorium, & etiam Bonifacium. & licet Lapus aliter dicat, ut refert. ibi Io. de Imo. tamen contrarium tenet ibi do. Fran. de Zaba. denominatio & affectio fit ab ipsa staurita. & non ab ecclesia staurita. ergo non est ecclesiæ res ut dicit Glos. in d. cle. per literas. in uersi. ecclesia. Nec obst. quòd habent staurritarij aliquam capellam quia ibi non est reperire cæmiterium neque cãpana releuata. ut dicit Ant. de But. in cap. patentibus. de priuileg. & Federi. de Senis in consi. 75. licet staurritarij faciant dicere in dicta capella. ubi solent congregari, aliquas missas peculiares pro animabus benefacientium. vt in c. missæ peculiares. de conse. di. 1. ex quibus patet q bona staurita sunt secularia, & non ecclesiastica, & sic in eis habet locum ius congrui.

14 SVBSEQVENTER QVÆRO, † pone quòd aliquis in domo sua habent vnam magnam columnam affixam, vel habet statuam, & vult illam vendere, an habeat locum ius congrui. videtur q sic, quia omnia sunt immobilia, ex quo affixa sunt terræ. patet ff. de act. emp. l. dolia. ff. de vsucapio. l. rerum mixtura & ff. de leg. 3. l. fideicommissaria.

ria.§. pen. maxime si perpetuo ad vsum edificij sunt deputata, vt in l.fundi in prin. & in §.labeo.ff.de act.emp.Nihilominus contrarium videtur verius, si sunt separatæ ab ædificio. Nam tunc tãquam res mobiles iudicantur per id quod no. Glos.in d.l.fundi. & ideò non habet locum ius congrui in istis columnis & marmoribus quando separantur a domo & venduntur separatim ab edificio. Sed iterum incidenter quæro, pone ꝙ quis habeat domum, & illam vult vendere & nullus ex consanguineis vult emere, & iuxta istam domum est hortus vicini, an dominus horti habeat ius cõgrui ad domum, videtur ꝙ non, quia res rustica id est hortus nõ trahit ad se rem vrbanam, idest domum nisi quod est intra se.vt.ff.de acti.emp.l.fundi, in prin.& hoc tenet.d.Sebastia. in prima sua consuetudine de iure congrui in verbo domũ.
15 alle.etiam ff.de leg.3.in l.Lucius.§.collegio, | Bene tamẽ verum est quód si hortus esset cum domo coniunctus, tunc appellatione domus continetur quicquid est intra se, videlicet affixa & non affixa vt claues & claustra & instrumenta cum quibus clauduntur, de quo in d.l.fundi, & continẽt ẽt fundum rusticum vel vrbanum sibi adiacentem puta balneũ hortum vel terram sibi adiacentem, si aditus habeatur ad ipsum per domum, & sunt in simul, de quo in l. prędijs. §. balnea, ff.de leg.3.Et hæc quo ad tertium notabile.

QVARTO NOTA ex tex.ibi diuisam vel indiuisam, ꝙ quando agitur iure congrui non est in consideratione an res vendita sit diuisa vel indiuisa, & sic non consideratur an sit vnius personæ vel plurium personarum.nã res cõmunius propria dici potest, vt in l.illud, ff.de ritu.nup. Itẽ quia res cõmunis potest refici inuito socio, vt in l.si vt proponis, C.de ædifi.priua.& ff.de dam.infec.l.si reficiendo, & ff.pro socio.l.cum duobus.§.idem respondit, & in l.ad curatoris, ff.de dam.infec.& facit l.in re cõmuni, ff.de seruit.vrban.prædi.vbi res cõis potest dici sua vel mea.Et scias ꝙ nõ sine ministerio fuit ibi appositũ illud verbum, diuisam & indiuisam, quia si simpliciter fuisset dictum, si quis habeat domum intelligitur de domo propria, & non de domo cõmuni quia quod commune est meum est quantum ad dispositionem partis meæ, vt in l.serui electione.§.labeo, de le.1. Sed

quan-

quantum ad dispositionem partis socij, secus est, vt in l.falso, C.de communi.re.alie.licet bene valeat vēditio. ut in l. qui tabernas, ff.de cōtr.emp.& in dicto tit.de communi.re.
16 alie. Et pro ista parte ꝙ † non veniant res cōmunes patet quia si dicit statutum ꝙ domus homicidæ debeat deuastari nam si homicida habeat domum communem cum alio, tunc ex quo non posset deuastari pars homicide. nisi in lesionem consortis nō habent locum dicta pęna de quo per Bar. in l. cum ager de aqua plu.arcē.ff.& Bal.in l.1.C.qui test.fa.pos. & Gl.in c.sed & continuo, de pęnit.dist.1.Io And. in c.felicis, de pęnis.lib.6.& ibi ēt Arch.in c.super specula, de priuil. & plenius decidit Specu. in tit. de pęnis in rub. & per Cy.& Bal.in l.& si seuerior, C.ex qui.cau. infa.irro. & l.fi is cum quo, ff.cōmuni diui.& Lud.in l.1.§.1 ff.ad Sylla.Itē facit illud quod dicitur si Papa mādat episcopo vt prouideat Titio de beneficio spectante ad suam collationem. Nam nō poterit prouidere de beneficio spectante ad collationē sibi cōmunem cum alio, & est ratio, quia per rescriptum nūquā potest ledi persona in eo non nominata. vt in c.super eo, de offi.deleg. vnde nō poterit prouideri quo ad partē alterius cum collatio beneficij sit indiuidua.ut in d.cap.super eo, &
17 hæc omnia sunt vera, nisi in fisco † qui potest rē communem alienare etiam quo ad partē socij.ut in l.1.C.de alie. bo.cōmuni.cum fisco.lib.x.Et no.Cy.in l.multum, C.de communi.re.ali.quia minus venditur re, quando per partes per partes venditur quam si tota uendatur. ut in l.meuius, §. fin.ff. fam.er.Fallit etiam in alijs casibus not. p Bar.in l.serui electione, in §.Labeo, ff.de le.1.propterea fuit dictū hic in tex. ꝙ si quis habet rē communē vel indiuisam & illam uelit uēdere debeat requirere consanguineos vel uicinos secundum ordinē huius literæ.Sed iuxta hoc quæro.Pone ꝙ quis habeat domū cōmunem cum Titio, & ille vult vēdere partem suam Sempronio, an ille socius habeat ius redimendi.dic ꝙ sic per no.in c.cōstitutus, de resti.in integ. & hoc tenet Bal. in l.in officiū, C.de rei vē.& si ratio statuti est ꝑsonalis, puta ne exeat de genere. Nā ratione ꝑsonę cohærētis cōpetit ius redimēdi. Facit quod dicit Glo. in l.si in emptione ratione ff.de mino.qđ res maiorū nostrorum interest nostra ipsas

recuperare pretio oblato venditori. Vnde si sunt duos habẽtes castrum commune, & vnus velit vendere iurisdictionem alteri non potest ad emulationem alterius socij secundum Bald. in l. 1. C. qui test. fa. pos. Sed quæro habeo vnam domum communem illam volo vendere Titio, quis præfertur socius vel parentes. Certè parentes præferuntur per istum tex. sed iste socius prefertur vicino extraneo, vt probat hęc litera ibi dum dicit postea socij, quod verbum potest intelligi de socio ratione sanguinis, & de socio ratione rei. Nam societas obtinet vinculum fraternitatis, vt ff. pro soc. l. verum, in prin.

18 QVINTO NOTA † ex tex. ibi, alienare, quando præcedit verbum generale, & postea sequuntur verba speciali, illa verba specialia restringunt illud verbum generale, præcedens secundum Bart. in l. Titia. §. Lucius, ff. de leg. 2. & patet in tex. isto. Nam alienatio est verbum generale comprehendens omnem modum alienationis per quem transfertur dominium, vt l. 1. C. de fun. dot. & l. alienationis verbum, ff. de verbo. signifi. & tamen ius congrui non habet locum nisi in venditione, & in concessione in emphyteusim & locatione, & sic per istos tres contractus qui sequuntur restringitur illud verbum alienare. Sed oppono, & imò videtur quòd illud verbum alienare, cõprehendat alios contractus quàm illos tres, quia materia iuris congrui non habet locum in contractu dotis, nec in contractu donationis inter viuos: vel causa mortis, nec in contractu permutationis, nec in contractu transactionis. ergo in non exceptuatis regula firma manet, argu. l. ius singulare, ff. de legi. & in l. 1. ff. de reg. iur. & sic videtur quòd in omnibus cõtractibus prę terquam in prędictis exceptuatis habet locum ius congrui. Solutio, dico quòd ius congrui non habet locum nisi quãdo venditur, vel datur in emphyteusim, uel locatur. Nec ob. cõtrarium, quia illud ideò illud dicit tex. vt in dictis contractibus non habeat locum ius congrui ad tollendum forte dubitationem quam aliquis posset facere, quia appellatio-

19 ne † venditionis omnis species alienationis & permutationis continetur, ut no. in l. statu liberis, ff. de sta. lib. & ibi per Benedi. Plsibi. Et dicit Bal. in c. 1. §. inde, de alie. feu. quod si pro-

prohibita est venditio absolute, tunc omnis alienatio videtur prohibita. vt in l.2.C.de vsuca.pro empto.& not. Gloss. in cap.1. in prin.per quos fiat inuesti. Ideo pro declaratione quando nomen venditionis importat omnem alienationem & quando solum contractum venditionis, sciendum est ꝙ Glo.in l.fi.C.de prædi.curia.lib.12. dicit ꝙ aut nomen venditionis profertur in materia singulari & contra ius commune, & non continentur alij contractus; aut non est.contra ius commune, & tunc veniunt alij contractus. Tu dic clarius aut verbum venditionis profertur ab homine aut a lege. primo casu non continentur alij modi alienationis, vt ff.de instit. actio. l.quicunque.§. non tamen, & ff.quib. mo.pigno.vel hipo. sol. l.sicut,§. sed si promiserit, & ff.de leg.2.l.codicillis,§.instituto, & l.in quorũ, ff.de pig. actio. aut profertur a lege, & tunc aut in casu qui non regulatur secundum ius commune aut qui regulatur primo casu, aut lex non solum fecit mentionem de venditione sed de contractatione, & tunc alij contractus continentur. vt.ff.quæ res pigno.oblig. pos.l. eam rem, aut solum mentionem fecit de venditione, & tunc non continentur alij contractus. vt in d.l.fi.C.de prædi.curi. aut fit mentio de venditione in casu qui regulatur secundum ius commune, & tunc continentur alij contractus, si sit identitatis ratio, vt.ff.de ædil.edic. l.sciendũ.§.emptorem, & in d.l.statu.liberis, & C.si mã.ita fue. alie. l.1. Si vero sit ratio diuersa, & tunc non ueniunt alij contractus, ff.de ædil. edic.l.ad res donatas, C.de iure emphy.l.fi.& sic ex his habes intellectum huius dubij & ad istam materiam vide Bald.in l.voluntas, C.de fidei.& Cyn. in l.fi. C.de re. alie. non alie.& Doct. in l.2. C.de vsucap. pro emp. & in summa domini Iacobi de Ardizo. qui. mo. feud.ami.§.non solum prohibetur.

10 SEXTO NOTA † ex textu. ibi per venditionem ꝙ ius congrui habet locum quando res venditur, quod intelligitur concurrente re stabili, pretio & consensu, quia ista tria faciunt contractum emptionis & venditionis. vt institu.de emptio.& venditio.§.primo, sed iuxta hoc quæro an oporteat ꝙ ad hoc vt habeat locum ius congrui, quòd venditor sit dominus rei dic ꝙ non, sed sufficit ꝙ possideat-

tempore contractus, quia & res aliena potest etiam vendi si non fit præiudicium vero domino, vt not. in l. prima, & secunda, C. de communi. re. alien. Item quære pone quod facta est venditio domus & date sunt arræ, non tamen est solutum pretium, an habeat locum ius congrui. distingue an datæ sunt arræ nomine pagamenti, & tunc habet locum ius congrui. sed si arræ sunt datæ pro arris tantum, & tunc arrearum datio non facit venditione perfectam, quia quando non est processum ad traditionem rei vel pretij vel partis eius dicitur res integra secundum Cyn. in l. 1. C. quando licet ab emp. disce. & vbi est dubium præsumitur data loco pretij & arrarum ita concludit Cyn. in l. perfectam, C. quando licet ab emp. disce. Sed ponamus quod quis vendit domum pro decem, & eam tradit. & ad huc non recepit decem, an Vicinus possit petere iure congrui. respondetur quòd si fuit habita fides de pretio translatum est dominium & perfectus est contractus, aliàs non erit translatum dominium & consequenter non habet locum ius congrui secundum Cyn. in l. si non donationis, C. de contrahen. emptio. & in l. ciuile, C. de rei vendi. Item pone quòd in terra Auersæ fit contractus venditionis cuiusdam domus existentis in ciuitate Neapo. præsupposito quòd in ciuitate Auersæ non habet locum ius congrui & Neapoli sic, an habeat locum ius congrui. in ista venditione, videtur dicen-
21 dum quòd non, † quia dicit Cyn. in l. 1. C. de contrah. emptio. quòd venditio celebrata in loco in quo non est res. nihilominus valet & ratio est, quia contrahere emptionem est personaliter se obligare, nec talis obligatio concernit circa locum. vt in d. l. 1. & ff. de iudic. l. si fideicommissum. §. tractatum, & postea subdit tamen ibi de re quæ est Floren. in ciuitate ista contrahitur si diuersæ sunt consuetudines, magis inspicitur consuetudo loci vbi contractus est initus, quàm consuetudo vbi est res. vt ff. de euic. l. si fundus, vbi est tex. & idem videtur tenere Cyn. in l. 1. C. de sum. Trin. & pro hoc facit text. cum Glos. in c. illud. xij. di. vbi seruatur consuetudo vbi factus est contractus. In contrarium facit dictum Bal. in c. 1. in verbo, si qua controuersia. de pace cōstan. vbi dicit q in feudis attenditur consuetudo loci vbi

est res tantum vnde si Imperator concessit mihi Tusco feudum cuiusdam castri Alemaniæ videtur mihi concessum in consuetudinem Alemaniæ & si Alemanico concedit in Tuscia videtur concessum secundum consuetudines Tusciæ, vt ibi dicitur. & est ratio secundum eum, quia consuetudo præstationis & rei præstādæ intelligitur scd̃m locum illum vbi fieri debet traditio & solutio corporalis, vt in l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur. & facit quod nota, extra de testa. Raynutius, in Gl. & ibi Io. And. & idem in effectu no. Bal. in c. mulier, si de feu. fue. cōtrouer. & illa pars est verior quando consuetudo dirigit verba sua ad bona, & sic ligat bona existentia in ciuitate Neapolis & si sunt extraneorum siue aduenarum per doct. Bar. in l. 1. vlt. char. C. de sum. Tri. p tex. in l. rescripto, in l. fi. C. de mune. & hono. & in l. an totū ff. de edifi. priua. & hoc etiam firmat dominus Seba. in d. consuetudine quæ incipit pupillus super ver. bona & in alijs locis ibi per eū alleg. Sed tu breuiter distinguas dum queritur cuius loci consuetudo seruanda sit, q aut est introducta ad litē decidendam, & tunc inspicitur consuetudo loci vbi est celebratus cōtractus, vt in d. l. si fundus, & ff. de vsuc. l. 1. aut ad litem ordinandam, & tunc inspicitur consuetudo loci vbi agitur, vt ff. de testa. l. 3. §. fin. & facit lex. præsides, ff. de ferijs. & hoc firmat Cy. in d. l. 1. C. de sum. Tri. & in l. 1. C. de manu. pig. & vide eundem in l. 1. in pe. q. C. quæ sit long. cōsue. & doc. in c. cum venissent, de. quo qui mit. in pos. causa rei seruan. per Glos. in d. c. illud 12. dist.

22 SEPTIMO NOTA † ex tex. ibi, vel emphyteusim, quòd quando res stabilis alienatur per contractum emphyteuticum habet locum ius congrui vt hic. Cuius rei causa quæro quæ sit differentia inter contractum emphyteuticum & contractum libellarij, contractum precariæ & contractum censualem. Respondeo contractus emphyteuticus est propriè cōtractus meliorationis. Nam emphyteusis Grecè, latinè melioratio qui datur res ad meliorandum, licet sit extensum etiam ad res fertiles, & melioramentum est ipsius concessionarij, vt in auc. si quas ruinas, C. de sacrosan. eccl. & ibi Bal. tamen fit vtile dominium in concessionarium, & directū retinet penes dominū & rès incidit in cōmissum, si non

non soluatur census infra biennium in emphyteuta eccle-
siæ, vt in cap. potuit, de loca. & in priuato infra triennium,
vt insti. locati. §. adeò, & in l. secunda, C. de iure emphyteu.
& potest etiam concedi in perpetuum, vt in §. emphyteu-
sim in auctent. de aliena. emphyteu. & in auctен. perpetua
C. de sacrosanctis eccles. & idem in emphyteusi ecclesiæ cũ
solennitate si res non est solita, alias si est solita concedi nõ
requiritur solemnitas, licet postea reuertatur ad ecclesiam
vt not. in cap. nulli, de rebus eccle. non alie. & in cap. secun-
do extra de feud. & in cap. primo, de cle. qui inuesti. fecit, &
de ista materia emphyteusis plenè per Specul. per infinitas
quæstiones, in titulo de locato. §. nunc aliqua, & in locis
23 præallegatis. † Contractus libellarius dicitur quando con-
ceditur res immobilis sub certo annuo reditu ad viginti no-
uem annos ad renouandum, & dicitur quasi contractus per-
petuus, saluo quod finitis dictis viginti nouem annis, debet re-
nouari contractus, ita domi. Andr. & Bald. in cap. primo, in
verbo aut libellario, quibus modis feud. amit. & ideò dici-
tur contractus libellarius: quia de eo solet fieri breuis scri-
ptura, licet interdum contractus emphyteuticus appelletur
etiam libellarius secundum Baldum vbi supra. Contractus
precariæ dicitur quando conceditur vsq; ad viginti nouem
annos, sine renouatione pro certo annuo reditu in recogni-
tionem dominij, & dicitur precaria concessio, quia ad pre-
ces petentis solet concedi, & debet renouari de quinquen-
nio ad quinquennium, x. quęstio. secunda, cap. precarię, &
not. in cap. primo, extra de præcarijs, & durat istud preca-
rium vsque ad libitum concedentis, vel cui concessum est
vt in d. cap. primo, e precarijs, & est differentia inter preca-
rium, & precariam, quia precarium renouatur pro volunta-
te concedentis, sed contractus qui precaria nominatus est
non potest reuocari ad voluntatem concedentis, vt in d. ca.
primo, de precarijs, & vide bonam Glossam. in auctenti. in-
24 gressi, de sacrosanct. eccles. † Contractus censualis dicitur
quando penes cessionarium transit vtile dominium, &
directum & penes concedentem non remanet nisi solum il-
lud ius percipiendi illum censum, de quo in cap. constitu-
tus, de relig. domi. & in l. secunda, C. sine censi. vel relig. &
not.

not.Archid.prima quæstio.tertia,capit.quęsitum, & not.in cap.bonę, de appella. Et scias q multis modis sumitur in iure uerbum census.Nam primò census,id est,annua pensio quę superiori de prouentibus eorum præstatur,unde quicquid præstatur annuatim in quantitate, uel summa census uocatur,vt in l.ętatem,cum duabus sequentibus.ff.de censi. & extra eodem titu.cap.cum olim,& capit. cum causam, & in dicto cap. quæsitum, secundo census accipitur pro substantia & facultatibus, C.de epi.audi.l.de creationibus,prope finem, tertio accipitur pro libro ubi pona censualia cum summa census, qui proinde debentur scripta sunt, ut ff. de probatio.l.census, not. Lucas de Penna, in rubr. C.de censi.lib.11.

25 OCTAVO NOTA, ex tex.ibi locationem.† quod ius congrui habet locum in contractibus locationis & conductionis, & sic consanguineus uel uicinus repellit locatarium soluendo istum pretium, id est, iustam pensionem, ut probat iste tex.iuncto.§.sequenti,ibi dum dicitur iustum pretium.Sed quęro an iste tex. loquatur de locatione ad lõgũm tempus, uel locatione ad modicum tempus, nam per locationem ad longum tempus, transfertur utile dominium in locatarium,in l.prima.§.quod autem, ff.de superfi. & in l.fina.ff.si ager uecti.not.in cap.ad audientiam,de rebus ecclesiae.non alienan. per locationem enim ad decẽ annos transfertur utile dominium, quia locatio ad decem annos dicitur locatio ad longum tempus, ut no.in l.filio.§.si uir quinquennium, ff. soluto matrimo. & hoc tenet Barto. in dicto §.quod autem.& Glo.in clemen.prima,de rebus eccle.non alie. & dominus Fran. de Zaba. & ibi Lap. xxxI. allegatione, & ita concludit summus utriusque censuræ professor, dominus Andręas Siculus dictus Barbatius in repetitione suæ rubr.de rebus eccle.non alienan.in 4.char.Per locationem uero per modicum tempus non transfertur utile dominium,ut patet in toto titu. ff.& C.locati. hoc præsupposito respondetur ad quęsitum quòd iste text. habet locum tam in locatione ad longum tempus, quàm ad modicum, quia ista litera loquitur generaliter, non distinguendo inter locationem ad longum tempus, uel breue: sic nec nos distinguere

guere debemus,l.de pretio,ff.de pub.l.prima.§.generaliter
26 ff.de lega.præstan.Præterea appellatione†locationis intelligitur de locatione ad modicum tempus, probatur per communem conclusionem omnium Doc.in l.codicillis.in §.instituto , de leg.3. Vbi reprobatur Glo. ibi quæ uoluit contrarium & illam Gl. reprobat etiam Bal. in c.1. in 6.col.de his qui feu.da pos.in c.1.uer.aut si libellario,præallegato,& Ang.in l.1.§.fi.ff.si ager uect. & Io.de Imo. in c.ad audientiam de reb. eccle. non alie. & est optima Gl.in const.regni constitutionem diuæ memoriæ, ergo iste tex.potest intelligi de locatione ad modicum tempus , & etiam de locatione ad longum tempus, quia permissum est ius congrui in contractu, per quem transfertur utile dominium , ut patet in præcedenti notabili , ergo etiam habet locum in contractu locationis per quem transfertur utile dominium .

NONO NOTA ex tex. ibi , non autem concedimus, quod per istam legem restringitur libera potestas hominis in uenditione rei stabilis,nam non conceditur domino rei posse cuicunque rem suam alienare per uenditionem, uel emphyteusim.uel locationem,nisi prius denuncietur p ordinem inscriptis personis , de quibus dicetur in sequenti
27 notabili &c. † Modo ponamus q dominus rei stabilis uendidit cuidam extraneo , absque eo quod facta sit denuntiatio per uenditorem illis personis, quibus competit ius Prothomiseos , an ista uenditio sit ipso iure nulla quantum ad consanguineum uel uicinum , ita q habeatur pro non facta uel ualeat uenditio,sed ipse consanguineus uel uicinus poterit iure congrui ab emptore , uel a uenditore recuperare prima facie uidetur q uenditio non ualeat, quia prohibitio testatoris,legis, & contrahentium æquiparantur, ut in l.nõ impossibile , & l.pactum, ff.de pact. & ff.de pig.actio.l.non est mirum,C.cõmunia;de lega.l.1.C.de hæredi.uel act.uẽ. l.fin.cum simi. quòd si testator prohibet alienationem non transfertur dominium si alienatur , C.communia ; de lega. auct. res quæ , ergo &c. Adde quod si facta est prohibitio alienationis cum qualitate si fiat alienatio , illa qualitate non seruata,& sic contra legis prohibitionem,non transfertur dominium,& sic non habet locum ius congrui,sed istud

argu-

argumentum non est verum prout dicit Bal.in l.ea lege, C. de condi. ob cauf. Nam si est prohibita alienatio postea si fiat alienatio contra prohibitione transit dominum & valet alienatio, vt in d.l.ea lege, C.de condi.ob cauf. & C.de
28 pac.inter empt.l.fi. † Fallit hoc nisi res esset prohibita alienari sub pęna applicanda certæ personę, q; pro pęna rē prohibitam alienari obligauit & hypotecauit, tunc propter pęnam commissam aduocabitur res ab emptore secundū And. in cap. primo. §. sed nec est alia iustior, quæ sit prima cau. bene amit.de quo per Bar.in l.nemo paciscendo, ff.de pac. & in l.creditor.§.quæritur, ff.de distrac.pig.& not.Ludo.in l.qui absenti.§.si quis possessionem, ff.de acqui.poss.de quo per Docto.in l.filius.§.diuus, ff.de leg.1.& in l.peto.§.prædium, de lega.2. Item fallit secundo nisi pactum ne alienetur esset appositum in uim modi, seu conditionis, per l.1.2. & 3.C.de condi.quæ sub modo, secundum And.in d.§.sed nec est alia. Item tertio fallit nisi specialiter conuenisset ne in emptorem transiret dominium per alienationem, vt in l.1.in Gloss.magna, ff.de dona.secundum And.vbi supra, & Bal. in d.l. ea lege. & ibi etiam ponit alias cautelas per quas potest impediri translatio dominij per alienationem: Et de ista materia, an sit actus prohibitionis concernat alios si ille actus fiat an sit ipso iure nullus, vide per domi. Petr.de Ancha.in c.quia cunctis, de conces.præben.li.vi.& ibi Ioan. And.in nouel.& Inno.in c.quanto, de consue. Sequitur ergo q; licet in tex.nostro sit prohibita alienatio nisi requiratur consensus consanguinei & vicini, tamen si fiat alienatio ipsis non requisitis transfertur dominium in emptorem, & sic ab ipso possessore petitur res vendita iure cōgrui, & hoc probatur.§.sequenti, ibi dum dicitur, & extraneos emptores omnino expellere, vnde contra emptorem agens iure cōgrui dirigit gressus suos.

29 DECIMO NOTA, † ex tex.ibi, in primis quòd cōpetit ius Prothomiseos per ordinem. Nam primo competit parentibus, & ipsis tacite vel expresse renuntiantibus, competit alijs consanguineis, & ipsis similiter noientibus vti iure Prothomiseos, tunc cōpetit vicinis omnibus concurrentibus in simul præferuntur parentes, & vbi desunt parentes

præ-

præferuntur consanguinei vicinis per istum textum, & vbi concurrunt plures parentes omnibus competit ius Prothomiseos. Sed si unus non vult uti accrescit alijs volentibus vti, argumen. l. si ex pluribus, ff. de legi. hære. & in l. primæ C. quando non pet. pat. Tene menti istum textum, quod consanguinei habent aliquod ius in bonis consanguineorum etiam eis viuentibus, & inuitis, scilicet ius Prothomiseos.

Sed quæro quid si parentes & consanguinei renuntiant ius Prothomiscos emptori & vicinus non, an vicinus possit petere ius congrui ab emptore, videtur quod non, quia si ipsi consanguinei petijssent & habuissent ius congrui vicinus non posset ammodò petere per istum textum, ergo eadem ratione quando consanguinei emptori renuntiant.

30 † Quia per renuntiationem iura sua quis perdit, & iura illius cui facta est renunciatio confirmantur, argumen. l. sicut §. venditionis, ff. quibus modis pig. vel hypo. solu. Item renuntiatio & refutatio est donatio secundum Bald. in l. illud, C. de sacrosan. eccle. vbi quærit an requiratur insinuatio in renuntiatione quæ ascendit summam quingentorum ducatorum, & dicit quòd sic, aliàs esset ipso iure nulla, ut in l. sancimus, C. de don. etiam si esset confirmata iuramento secundum eum ibi, & Barto. in l. si quis pro eo, ff. de fideiusso. de quo per Ioan. de Imo. in c. cum contingat, de iure iur. & quod requiratur insinuatio in renunciatione prædicta voluit Bald in duobus consilijs, uidelicet, in consil. 57. & in consilio 78. Item consentiens donationi rei propriæ uidetur donare, ut nota. in l. 2. C. si aduer. uendi. & not. Bal. in l. quæ dotis, ff. solu. matr. & in cap. Titius, si de feud. fuer. controuer. sed in donatione non habet locum ius congrui, ut dicit ista constitutio, in §. 3. ergo dicendum quòd uicinus non habet ius congrui quando consanguinei uel parentes renunciauerunt. In contrarium facit, quia renunciatio consanguineorum non potest tollere ius alterius, scilicet uicini existens in prudenti, id est, si ipsi consanguinei uolunt ius congrui, tunc admittuntur uicini, quia licet sit uerum quod ius congrui possit renunciari, s. in præiudicium renuntiantis, quia quilibet potest iuri pro se introducto renuntia-

31 re, l. fi. C. de pact. cum concor. tamen † non in præiudicium

aliorum

aliorum vicinorum, quibus competit ius congrui ordine successiuo, ut no. in l. factum. ff. de regu. iur. & ff. de Trebell. l. quidam. §. si quis filium, & facit, ff. de noxa. l. electio, prope finem. Nam in damnum alterius nemo actum exercere potest, l. Proculus, ff. de dam. infec. & ff. de aqua plu. arcen. l. si in meo, facit quod not. in l. facta. §. si hæres, ff. ad Trebellia. & ibi Ang. quod credens iura sua si postea transegit non præiudicat cessionario, nec præiudicat cessionario iuri suo renunciando, allegat ad hoc l. si partem. §. si per fundum; quemadmo. serui. ämit. & ff. loc. l. qui fundum. Immo nec princeps per suum rescriptum tollit alteri ius suum, l. 2. §. merito, & §. si quis a principe, ff. ne quid in loco pub. & hanc vltimam partem puto ueriorem. Nec obstant in contrarium allegata, quia aliud est renuntiare iuri congrui, aliud est quando quis vincit rem stabilem iure congrui, & postea donat, sicut in simili dicimus quod aliud est vendere, & aliud vendenti consentire, vt ff. de reg. iur. l. aliud.

ITEM QVÆRO an consanguineis bastardis competat ius congrui ratione consanguinitatis, dic quòd non,
32 † quia bastardi non habent iura sanguinis secundum Bart. in l. fi. ff. de verbo. sign. Nec possunt dici agnati, vel cognati, vt in l. spurius, ff. vnde cogna. secundum Bal. in l. in testamento, C. de test. mili. Nec appellatione coniunctorum continentur bastardi, secundum Io. And. & Inn. in c. nulli. de rescr. Nec possunt arma domus portare secundum Bal. in l. generaliter, C. de insti. & substi. & l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & tenet Dyn. in l. cum pater. §. mater, ff. de leg. 2. Nam quo ad eos legis affectio non extenditur, vt in cle. 2. de bapti. Vbi dicitur quod bastardi quo ad commoda, & honores non includuntur in dispositione legali. & not. Cy. in l. quisquis, C. ad l. Iul. maies. & C. de interdict. matri. l. libertinum. Hoc est verum quod non habet lineam quo ad patrem, sed quo ad matrem sic secundum Bal. in l. hac cō sultissima. §. ex imperfecto, C. de testa. & faciunt quæ habentur in c. naturales, si de feu. fue. controuer. Nam vulgo concepti matri succedunt, vt dicit Glo. in §. pen. Insti. ad Orfi. & not. in l. si qua illustris. C. eod. Prædicta limita esse vera
33 nisi bastardi fuissent legitimati, quoniā † legitimatio tollit

cmnem

omnem maculam, & omne defectum, vt in auctẽ. quibus modis natura. effi. sui §. si quis vero filios, & in auctẽ. quibus modis natura. effi. legi. §. si quis vero, & habentur ac si legitimè essent concepti secundum Baldum in l. imperialis, C. de nuptijs, & l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de libe. & posthum. & Bar. in leg. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & sic istis legitimatis competit ius congrui. Secundo limita nisi aliter se haberet communis vsus loquendi, qui in regione versatur, vt in l. cum de lanionis, §. asinã ff. de fun. instr. & ff. de leg. 3. l. librorum. §. quod tu Cassius, vnde apud Tuscos bastardi sunt de domo. ita dicit Ang. in l. ex facto, ff. si quis rogatus, ff. ad Trebel. & hodie de generali consuetudine portant arma domus & vocantur de cognomine seu de casata & consequenter de generali consuetudine competit eis ius congrui.

SED IVXTA HOC QVÆRO, an si aliquis est natus legitimus & naturalis ex parentibus tamen bastardis, an habeat ius Prothomiseos tanquam illi de san-
34 guine, dic quod non: quia † nulla consequentia potest esse legitima ex radice corrupta. sine ex legitimo nascendi principio vt in l. fi. C. de natu. libe. & no. Bal. in l. fi. C. de verb. sig. vbi si dicitur, quod infeta primitiua inficitur & deriuatiua. Et idem dicitur in auct. quas actiones, C. de sacrosan. eccle. faciunt pulchra verba Bald. in c. 1. §. & quia, ver modo quæritur, de his qui feu. da. pos. vbi dicit quod ratio quare nepos masculus ex filia fęmina nõ succedit in feudis est, quia destructo ordine destruit ordinabile, vt. ff. de serui. rusti. prædi. l. tria prædia, & ad priuationem antecedentis sequitur destructio consequentis, vt ff. de effi. eius l. 1. §. huius rei, & istis verbis vtitur etiam Ang. in l. nec is qui. §. hæres institutus, ff. de ac qui. hær. Facit quòd no. And. de Iser. in c. 1. de vasal. decrepi. ætatis in sua additione, vbi dicit quod principali extincto dependentia & accidentia pereunt, quia origine rei sublata, imago nõ relinquitur. vt C. de lati. liber tollen. l. 1. in prin. Facit etiam quod dicit Ang. in l. si hęres pecuniam, in fi. ff.
35 ad Treb. vbi dicit no. doctrinam negatiuam quod † non est dari casum in quo extincta funditus primitiua, durare possit accessoria; & hinc est quod concluditur per Bald. in leg. pa-
ctum

ctum, C.de col. ꝙ filius & hæres filię renunciantis est exclusus a successione sicut est exclusa ipsa renuntiãs, de quo p Bal.in l.quoties,C.de suis & legi. & Bal. in l.fi.in 6.col. C.de pact.& in l.maximum vitium.C.de libe.pręte. & Petrum de Anchar.in cle.1.de baptis. & etiam Andr.de Iser. in constitutione regni,in aliquibus,& de hoc sunt quinque. Glo. D Sebastia. loquentes de hoc vna est in prima constitutione, in verbo, filijs alia est in verbo, isti successores. alia in verbo liberis.alia in verbo,pro nepotibus alia in verbo. ex masculis. alia in constitutione quod autem in verbo ad prædicta, & istas remissiones posui pro Neapoletanis studentibus.

ITEM QVÆRO an ad hoc, vt consanguineus habeat ius congrui, & proferatur vicino, requiratur quod habeat domum vel agrum collateralem domui, uel agro vendito, nel sufficit solum esse consanguineum, & videtur
36 quòd sufficiat esse consanguineum, † quia de iure veteris testamenti competebat ius congrui consanguineo ratione sanguinis, ut patet in allegato, capitu.32. in Hieremia ibi dum dicitur. Ecce Emaneel filius Sellim patruelis tuus veniet ad te dicens,eme tibi agrum meum, tibi enim competit ex propinquitate ut emas. & ista lex traxit se secum, dispositionem primi iuris, quia res de facili conuertuntur, ad suam naturam vel principium,vt in l. 1.C.de impo.lucr. descrip.lib.10.Nec ob.iste tex. qui dicit quòd in primis cõpetit ius congrui parentibus qui sunt coniuncti, quia illud verbum coniuncti, exponitur de coniunctione sanguinis; quia appellatione coniunctorum in dubio intelligitur de coniuncto secundum naturam, & non per accidens, id est, per vicinitatem;ut no.in l.si quis posthumus,ff.de liber.& posthu. In contrarium tamen pluries fuit determinatum; scilicet quòd ad hoc ut consanguineus habeat ius congrui, oportet habere rem collateralem, & quod rei collateralis sit dominus, ita quòd eius dominium habeat, ut dixit hic Bal.in prin.per ista verba,videlicet patet per istã constitutionem, ibi dum dr̃ si quis subandi masculus vel fęmina in l.1.ff.de uer.sig.per Bar.hr̃ ꝙ designat dominium,domũ aggregatam, & sic oportet ꝙ duo concurrant ad hoc, ut cõsan

D gui-

guineus præferatur vicino,scilicet vt sit consanguineus, & sit coniunctus ratione rei : & hoc non est sine maxima ratione quia tunc cõsanguineus habet iura duplicata & duo vincula, vincunt vnum. ideo præfertur extraneo, insti.de adop.§.sed hodie,l.1.C.de edic.diui Adri.tol.& in aucten. de consangui & vter.fra.in verbo melioris,in fi.ff.de inoff. test.l.nam & si parentes,l.itaq;,C.com.de succes.& ibi per Bar.& eadem ratione dico, ꝙ si concurrat vnus consanguineus qui habeat domum vicinam iuxta domum venditam cum alio consanguineo qui nullam vicinitatem habet ratione rei ꝙ ille prefertur in iure congrui qui habet ius sanguinis, & ius vicinitatis, maximè vt dixi ille qui habet solum iura sanguinis non potest petere ius congrui nisi aliter se haberet consuetudo, sicut est in feudis, vbi vicinitas ra-
37 tione rei non consideratur,sed ratione sanguinis sic,†quia si feudatarius vult vendere feudum antiquum, agnati præferuntur extraneis etiam si non habeat feudum collaterale vt patet in tit.de alie.feu.c.1 §.sed & res per quos fiat inuestiturá.& in c.1.in prin.de alie. feu.pa. Item quæro dixi ꝙ ius congrui competit domino rei vicinæ, quæro an vsufructuarius fundi possit agere iure congrui contra emptorem . dic ꝙ non;quia res fructuaria non est fructuarij,sed aliena dicitur vt.ff.de acq.re.do.l.rem in bonis , & ff.de vsufruct. l.1.& 2.ff.de adul.l.si postulauerit.§.questioni,& ita tenet do.Sebastia.in constitutione de iure congrui ,in verbo alicui.vbi etiam querit an emphyteuta qui habet domum emphyteuticam possit petere ab emptore rem emptam iure cõgrui,& dicit quod sic , quia emphyteuta habet vtile dominium vt instit. loca. §.adeo, & consequenter ratione vtilis dominij, quod habet in re coniuncta habet locum ius congrui,isto casu.Item quia utile dominium est alienabile . vt no.in Gl.in ver.vendere,in l.fi. C.de cont.emp.

ITEM quæro an locatarius ad longum tp̃s possit petere
38 rem coniunctam iure congrui,&†dic ꝙ sic,quia habet vtile dominiũ;vt no.Doc.in l.codicillis.§.instituto, de leg.2. facit tex.in l.1.§.qui si superficiẽ, de superfi.quid autẽ de emphyteuta ecclesie,an habeat ius congrui contra emptorẽ.dic ꝙ sic, quia ratione vtilis dominij quod est sui & nõ eccle-

ecclesiæ, competit sibi ius congrui, vt supra dixi. Non ob. quo habet causam ab ecclesia, quæ non habet ius congrui, ergo non potest habere plusquam ecclesia habuit.ar.l.alienatio,ff.de contr.emp.quia ad hoc respondetur.Nam ecclesia dedit quod habuit & aliter quam habuit. habuit enim directo & dedit vtiliter, sicut dicimus in vsufructu qué dominus causaliter habet & transfert formaliter, sic intelligitur.ff. de vsufr.l. quod nostrum: Item quia mutata persona mutatur conditio rei, vt in l.fiscus.ff. de iu.fis.& in l.Paulus.ff.de acqu.hær.Item quia res profana efficitur sacra per dedicationem,vt insti.de rer.diu.§.sacræ cum seq.& isto casu ecclesia transfert ius alio modo quam habeat. de quo in c.1. de iure pat.lib.6.

ITEM quæro quid si venditur domus, & ab vno latere est domus emphyteutica Titij qui recognoscit in dominum directum Caium, ab alio vero latere est domus alia ipsius Caij quis præferatur in iure congrui Titius vel Caius qui habet iura duplicata, primo quia est dominus directus domus Titij,secundò quia vicinus ab alio latere,& sic videtur prima facie per supradicta q̄ iste dominus quia ha-
39 bet duo iura præferatur illi Titio. † In contrarium tamen est veritas scilicet q̄ ambobus cõpetit, quia illud ius quod dominus directus habet in domo emphyteutica non est in consideratione quo ad aduocandam rem venditã iure congrui ab emptore immo ipsi emphyteutę qui habet vtile dominium competit ius agendi conditione huius legis.vt supra dictum est,& patet,quia si venditur domus collateralis domui emphyteutę emphyteuta potest petere ius cõgrui, & non dominus directus qui non habet congruitatem. & ita concludit per plura verba dominus Sebast. in loco præallega. vbi ponit etymologiã huius verbi congrui, & dicit quòd assumptum est à grauibus quæ vadunt simul vna post aliam.& ideo dictum est ius congrui, id est ius vicinitatis. Item quæro quid censuario an ei competit ius congrui. certè sic quia censuarius habet vtile & directum, vt in c. constitutus, de relig.domi.

ITEM QVÆRO vsufructuarius vult emere proprietatem illius rei in qua habet vsumfructũ vicinus vero

petit proprietatem iure congrui † quæritur quis præferatur. dicit Bal. ꝙ vicinus præfertur. per ea quę not. Cyn. in l. si maritus, C. de inoffi. test. Sed in isto casu dubitatur vtrū vicinus habebit rem cum vsufructuario, an solam proprietatem venditam. dicit ibi. Cy ꝙ esset iniquum vtrunq; consequi, quia ille emptor non debet plus consequi quam venditor habuisset.

Item quæro an qui habet fundum vectigalem habeat ius congrui, & certè sic, quia habet etiam actionem finium regundorum vt ff. arbo. fur. cęsa. l. cędere, §. fi. Item quia est vtilis dominus & habet actionem in rem, vt in l. 1. ff. si ager vectig. Item quæro an ius congrui competat marito ratione rei dotalis, dicit hic Bal. ꝙ sic, quia maritus est dominus rei dotalis, l. doce ancillam. C. de re. vend. & in l. in rebus, C. de iure do. Sed an soluto matrimonio teneatur maritus restituere rem quam iure cógrui ratione rei dotalis hęredibus vxoris, text. facit ꝙ non in l. vsusfructus, ff. de vsufruc. pro quo l. manifestissimi, §. sed cùm in secunda, & ibi Cy. C. de furt. In contrarium facit, l. quoties de iur. dot. C. & in l. non solùm, eo. ti. Vide ad hoc quod not. per Doct. in simili in l. si verò, quæ est pen. §. 1 & fi. ff. sol. mat.

21 SVBSEQVENTER quæro † quid si vicinus dat licentiam ipsi vicino vendendi cui velit, an iste tális qui dedit istam licentiam possit posteà agere iure congrui contra emptorem videtur ꝙ sic, quia nondum competebat vicino ius congrui antè venditionem, ergo ei quod nondum competebat renuntiari non potest; vt ff. de acquir. hęr. l. in repudianda, & l. qui superstitis. ff de acquir. hęre. & ff. de leg. 2. l. si ita scriptū, §. si sub conditione, & C. quę res pigno. oblig. l. spem. Item quia cum emptore nihil actum est, ergo emptor non potest excipere de pacto facto cum venditore; quia res inter alios acta &c. In contrarium tamen est veritas, quia pactum factum venditori prodest etiam emptori, vt ff. de pact. l. si tibi decem millia, §. pactum, & l. idé in duobus, §. personale, & l. iurisgentium, §. pactorum, eo. tit. Nam etiam pactum personale respicit eum cui fit & hæredes eius, & cui daret, vt in c. tres erāt, de eo qui fi. fra. agna. Et hoc probatur etiam per istam legem quę vult ꝙ debeat

fieri

fieri denunciatio supra dictis personis. & ipsis nolentibus emere; potest vendere cui vult, nec ad ius renunciatum poterit vlterius redire arg.l.pactū. C.de colla. & c.quamuis, de pac.lib.6.& d.c.tres erāt, Multò fortius hæc opinio procedit si pactum fuisset reale, puta quia renunciatū esset iuri congrui. Nam tunc videtur actum, vt nullo modo vlterius ad ius cōgrui admittatur arg.l.1.§.quibus, ff.de success. edic.cum concor.supra allegatis. Sed dominus Sebastia.in constitutione de iure congrui.in ver.emit, distinguit aut pactum est personale aut reale. Primo casu non obstante pacto potest agere iure congrui contra emptorem. Secundo casu non sed si nullum pactum interuenit, sed simplex refutatio, tunc potest agere contra emptorem iure congrui vt latius ibi dicitur per eum.

42 VLTIMO nota † ex tex.ibi quod si plures consanguinei vicini concurrant in petendo ius congrui omnibus competit res empta isto iure pro æquali portione, & eadē ratione si sunt plures vicini omnibus competit ius agendi iure Prothomiseos ad rem emptam per istum tex.& fiet, diuisio rei vsque ad vnū palmum si tot sunt vicini, vt expresse, probat iste tex.Et si sunt duo quibus cōpetat ius cōgrui, & vnus nō vult exercere ius congrui aliquo respectu, totū ius congrui accrescit volenti exercere iure accrescendi per l.1.C.quando nō peten.par.& ita tenet Sebast in prima cōstitutione de iure congrui in ver.domum, in fi.& in cōstitutione si ex vno in verbo vnus, Et ex his deciditur alia quæstio.scilicet.quod ius congrui potest cedi, seu vendi, vel donari alij propinquo ratione vicinitatis rei, & tunc nō venit virtute cessionis, sed iure accrescēdi, vt dicit idē Seb.in prima cōstitutione de iure congrui in ver. habenti, & in dicta cōstitutione si ex vno in verbo nisi, sed alij extraneo nō potest cedi; quia eo tempore quo collateralis vult vti iure cō-
43 grui, & consequenter nō potest cedi.Itē † quia istud ius cōgrui est reale, ergo nullo modo potest cedi de per se nisi ipsa res vicina cedatur cū iure congrui; sicut dicimus in seruitute mere reali, vt.ff.de serui.rust.pd.l.pecoris, & sic ius cōgrui trāsit cū ipsa re vendita.Cum ista cōgruitas ratione rerū coniunctarū sit introducta, & hanc sententiam tenet hic

Bald.in 2.colum.versic.an ius Prothomiseos possit cedi vel donari.idem tenet Pet.de Bella perti. in l.ad officiũ. C.de rei vend.quem ibi referunt Cyn. & Bald.& vbi ius congrui esset personale introductum ratione sanguinis tunc ratio statuti iuris Prothomiseos est ne exeat de genere, & tunc exiret si alteri cederetur, vt ff.de leg.secundo,l.cum pater. §.libertus. Item quia qui cedit extraneo facit contra statutum,& non prodest secundum Bald.ibi, & idem Bal.in l.2. C.de rescin.vend.& in l.dudum,C.de cont.emp.& Doct.in c.constitutus, de rest.in integ.

ITEM quæro sunt duo vicini, vnus tamen propinquior altero, an iste istam rem venditam poterit insolidum
44 aduocare alio excluso,qui est remotior,dic quòd sic. † pro hoc videtur text.in l.adeo, §.insulam.ff.de acquir.re.dom. facit.l.duum viri,in fi.ff.de re mil.& insti.de rerum diui. §. in summa. Iuxta hoc quæro Titius vendidit domum mihi iuxta aliam domum meam vicinus agit contra me iure congrui insolidum,an ego ex quo sum vicinus habeam ius congrui propter meam contra me ipsum, videtur quod non, quia ius congrui confusum ex quo ego emit ille met qui erat vicinus,argu. ff.solutioni.l.stichum, §.adito.& l.si debitori tuo. C. de pact. cum concor. & hoc est verum quod actio iuris congrui est confusa, non tamen est confusa, vt non possit excipere de parte sua ratione vicinitatis, per ea quæ not. in l.debitor, ff. ad Trebellianum. & sic licet actio sit extincta de iure ciuili, habet tamen locum exceptio pro parte sua ratione vicinitatis quam habet iuxta rem emptam per eum,& in illa parte poterit contra aduersariũ. excipere quòd sibi non competit ius congrui. argumen. ff. de cap.dimi.l.prima, §.penult. & ita concludit per pulchra verba do.Sebastia.in dicta constitutione si ex vno in Gloss. fi.ad fin. Item pone quod pluribus competit ius congrui,& res empta stabilis est indiuisibilis quid fiendum. videtur quod ius congrui competat ei insolidum qui primo ad iudicium emptorem prouocauit, & si ambo ad iudicium prouocant sorte dirimitatur,vt in l.in his tribus, & in l.sequẽ. & l.qui prior. ff.de iudi. Alij possent dicere quod ius congrui competit ei qui maiori parte rei emptæ coniunctus est

arg.

arg. ff.fam.herc.si quæ cautionis, quod si non apparet sorte dirimatur, vt in dict. l.si quæ. & C.communia de leg.l.fin.
45 & ibi Glo.& Bald. & de † isto iudicio sortis est bonus tex. l.secunda, C.quando & quibus quarta pars debe. lib. 10. & de iudicio sortis multa reperies in veteri testamento. de quibus auctoritatibus plenè per d. Sebastia. in dicta constitutione si ex vno, in verbo, pro ea parte, & patet per totam causam 26. in decretis. Et quot modis accipiatur sors, ponit Ioan. And.in prologo clem.Nec obst.quod sortilegia sunt prohibita, vt patet in c.fin. de sortileg. quia hoc iudicium sortis potius procedit auctoritate legis quam illud reprobari videatur.de quo per Gloss.26.q.prima,cap.in sum. & Archid.ea causa. q.secunda, cap.1. & vide quod not.per Arch.in cap.accusatus, de hær.lib.sexto, Bal.in l.si maior, C. communi diuid. vbi dicit quòd non est verum quod in diuisionibus maior natu debet diuidere, & minor eligere, sed debet fieri diuisio sub felicitate fortunæ, & per sortes, vt in d.l.2.C.quan.& quib. quarta pars.tamen pro ista opi. quod maior natu debeat diuidere, & minor eligere facit tex.in c.1. extra de paroch.

ITEM PONE quod venditur domus, & ab vno latere est domus ecclesiæ, quæ non habet ius congrui, vt in vlt. §. huius legis. & ab alio latere est domus alterius vicini an iste vicinus habeat ius congrui, pro medietate ratione
46 suæ partis tantum vel insolidum. respondeo † quod videbatur dicendum quod tantum pro parte coniuncta habere debeat ius congrui, quia istud est reale, & ipsam rem coniunctam afficit, ergo pro ipsa parte tantum competit ius congrui. In contrarium tamen est veritas, scilicet vt in defectum iuris alterius vicini admittatur insolidum vicinus habilis cui competebat ius congrui pro parte si alter vicinus fuisset habilis, argumen. l.vnicæ, § primo, & secundo.C.de aduc. tollen. Item quia ius congrui competit idoneo; & si sunt duo collaterales, vnus idoneus, alter non, totum ius congrui competit idoneo argumen. l.fina.C.de iure emphy.& facit tex. in d.l.prima, C.quando non pet.par. Item quia non idoneus ad ius congrui habetur pro non cōiuncto, quia nō dicitur esse quod iure non est, vt l.Paulus.

ff.de ver.sig.& l.vbi autem non apparet.ff.de in diem addi. & l.quoties.ff.qui satisd.cog.& in cap.1.de voto.lib.6. Nec præstat impedimétum quod de iure non sortitur effectum, vt in cap.non præstat,de reg.iur.lib.sexto, & videas ad hoc plura similia quæ alleg. Andr. ad illud quod dicitur quod paria sunt non esse, vel esse sed esse inhabile de iure in c.1. §.præterea.in 4.col.quæ fuit pri.causa benefi amit. argu.l. nec nulla.ff.de pet. hær.

ITEM quæro pone quod ego habeo duo prædia coniuncta quorum vnum est prædio tuo coniunctum, ipsumque vendidi Titio, vt petis a Titio totum ius congrui, & ego peto me admitti pro parte quæ remansit collateralis,
47 quæritur quid iuris Respondetur quod a Titio ne † cui vendidi non possum petere ius congrui pro parte collaterali,quia non possum venire contra factum meum propriũ, vt iu.l.post mortem,ff.de adoptio.cum si.&c.Item ob regula quem de euictione tenet actio eundem agentem repellet exceptio,l.vendicantem. ff.de euic. Item quia vendendo Titio videor repudiasse sibi illam congruitatem quam haberem si illa domus esset alterius, & illam venderet, & ego essem vicinus,atg.C.de rei vend.l.absolutionem, & ff. de inoffic.testa.l.fin.in princ. & l.commissoriæ, C.de pact. inter emp.& vend. Concluditur ergo quòd mihi venditori pro parte mea non competit ius congrui, sed ille solus habilis habebit totam rem emptam ratione iuris cõgrui, quia venditor inhabilis ad aliam partem,& propterea habetur ac si non esset collateralis. Sed iuxta hoc quæro pone tu vicinus egisti contra illum vicinum Titium iure congrui, & obtinuisti in causa, & sic ille Titius fuit compulsus ad vendendum tibi. Ego primus venditor postea peto à te secundo emptore domum illam pro parte pro qua sum collateralis iure congrui,tu exceptis quod ego illam domum vendidi Titio à quo non potuit exigere ius congrui pro parte, vt supra dixi. Nec consequenter ab illo cui vendidit ipse
48 Titius iuris necessitate, id est per ius congrui † quia emptor & venditor quasi vna persona esse censetur,ut no.in l. si tibi decem, ff.de pac.& l.idem in duobus, §.personale, & l.iurisgentium. §. pactorum. Item quia emptor & venditor

sunt

ſunt nomina correlatiua, ut probatur in l. fina. C. de indi. uid. tol. & l. nemo martyres, C. de ſac. ſan. eccl. & l. fin. de accept. & extra de iud. cap. fin. Item quia defenſiones quæ adiuuant venditorem, adiuuant etiam emptorem, ut in l. dolii. §. primo, ff. de contrah. emp. & in l. de acceſſionibus, ff. de diuer. & tem. præſcr. quæritur quid iuris, dicit do. Seb. in d. conſt. ſi ex vno, in uerbo nolentibus, in fi. quòd habet locum ius congrui, quia ratio quare non poſſum contra Titium exercere ius congrui eſt quia vendidi Titio, quæ ratio ceſſat in perſona eius qui emit à Titio cum tunc ex noua tua intentione mihi quoddam aliud nouum ius congrui naſcatur. Hoc verum putarem quando venditio ſpontanea eſſet facta per emptorem ipſum vicino, uel alteri, Sed ibi eſſe: facta compulſione iuris, quia venderet vicino per neceſſitatem iuris congrui, & à principio primus venditor ſciebat illum eſſe vicinum, & quòd poterat petere ius cõgrui, & ſibi non ſeruatur ius petendi ius congrui pro parte ſua ſi contingat illum vicinum euincere iure congrui, tunc videtur tacite refutare ius congrui illi ementi pro ſe & hæredibus ſuis, & cui ipſe vendiderit per iuris neceſſitatem, id eſt, iuris congrui. Aliàs iſta lex eſſet captioſa quod eſſe nõ debet, ut dicit tex. in c. abbate S. Siluiani, circa fi. de uerb. ſig. ſecus ſi ignorauit, nam tunc procedit opinio domini Sebaſt. ut habeat locum ius congrui pro parte ſua, quia ſi ſciuiſſet quod vicinus poterat euinci iure cõgrui proteſtaſſet de iure ſuo, & ſic ignoranti ſuccurritur, ut nõ perdat beneficium a iure, uel a l. conceſſum, arg. eorum quæ no. in c. ſi vaſallus, ſi de feud. fuer. contro. int. do. & agn. Et ex his remaneat expedita iſta prima pars, & iſtud principium legis.

SVMMARIVM.

1 *Ius Prothomiſeos potens infra quot tempus debet ſoluere pretium & quando incipiat currere tempus illud. 3. Et quæ ſint neceſſaria. 4.*

Forma legis eſt de ſubſtantia legis. Et quid ſit illa forma.

2 *Forma rei quid ſit item & forma in actibus hominum.*

Denunciatio quid ſit.

Scien-

§. SECVNDVS.

§. VT INFRA TRIGINTA DIES. Hæc est secunda pars in qua ponitur infra quot tempus debeat ille cui competit ius congrui petere dictum ius ab emptore cum quinque fallentijs, & quarta fallentia limitatur, in versi. & licet, & hoc dicit. Ille qui vult rem stabilem alienare, debet denunciare parentibus, socijs, vel vicinis, & si ipsi q̄bus facta fuit denunciatio, & quibus competit ius congrui, volunt rem emptam iure Prothomiseos, tenentur infra triginta dies dinumerandos à die denũciationis soluere iustũ pretium venditori, & si infra dictũ tempus triginta dierum illi

illi quibus competit ius congrui fuerint in mora soluendi ipsum iustum pretium aut tantum quantum verus emptor sine fraude dederit, sunt exclusi post dictum tempus a dicto iure congrui. Fallit tamen in quinque casibus in quibus post tempus triginta dierum admittuntur ad agendum iure congrui, & non currit supradicta præscriptio.

Primus casus est nisi infra prædictum tempus ille talis cui competebat ius congrui erat in captiuitate.

Secundus casus nisi infra dictũ tempus esset deportatus.

Tertius casus est nisi in dicto tempore esset relegatus, vel in exilium missus.

Quartus casus est nisi in tempore ipso fuisset absens causa reipublicæ, vel esset absens pro suis negocijs sine dolo, & fraude.

Quintus casus est nisi in tempore prædicto ille cui competebat ius congrui, erat minor annis vigintiquinque. Nã tunc sibi non currit dictum tempus, sed currit ab eo tempore quo effectus est maior, & sum ibi in versi. & licet, hic ponitur quędam limitatio ad quartam limitationem pręcedẽtem, in qua fuit dictum quod si ille cui competebat ius cõgrui erat absens pro suis negotijs auditur petendo ius congrui post triginta dies. Nam illud verbum post intelligitur scilicet, post quatuor menses. Nam procurator absentis debet infra quatuor menses soluere venditori iustum pretiũ, vna cum legitimis vsuris, expensis, vel interesse, & sic habebit ius congrui, & expellet extraneos emptores, & si infra prædictum tempus triginta dierum, & post infra quatuor menses non soluerit iustum pretium, tunc non solum non habebit ius congrui, verumetiam tenetur venditori ad expensas si quas fecit, & ad interesse qđ passus est propter retardatam venditionem, hoc dicit vsque ad. §. licet autem.

1 NOTA PRIMO † ex isto textu, quòd infra triginta dies debet ille cui competit ius congrui soluere iustum pretium venditori per istum textum, licet in aliquibus partibus vt est Neapoli debeat hoc fieri infra annum a die scientiæ, & hoc est de consuetudine. Sed iuxta hoc quæro, quãdo incipiant currere isti triginta dies, an a die celebrati cõtractus, vel a die sciẽtiæ, vel a die denũciationis, dicit Bal.

in

in quoddam suo consilio incipiente:iure municipali cauetur, posito sub titulo de iure congrui, q tempus vtēdi iure congrui, absque dubio non currit ignoranti, sed tēpus illud triginta dierum currit ei qui sciuit factam esse venditionē, & ei cui denunciatum fuit venditionem esse factam, vnde sola scientia nō sufficeret, quia hęc lex requirit fieri denũciationem, & sic ipsa denunciatio est de forma siue substantia, quia forma legis est de substantia legis, sicut forma rei est de substantia rei, & forma in actibus hominum est de substantia ipsius actus. Est autem forma legis ordinata dispositio certos habens fines, vt in l.certa forma, ff. de iure fisci, & de censi.l.forma, & ff.ad munici.l.constitutionibus.

2 † Forma rei est quidam gradus, seu perfectio eius a natura vel arte, & antequàm forma ista introducatur dicimus esse rudem, vel quasi rudem materiam, vt ff.de leg.3.l. quæsitũ §.illud fortasse, Forma in actibus hominum est debita pártium ordinatio, secundum prius & posterius, vt ff.de pręsc. verb.l.eum qui, & l.naturalis. Denunciatio autem est facti futuri, vbi de futuro loquimur certa clara, & intelligibilis designatio cum protestatione, vel prohibitione tacita, vel expressa, vt ff.de adul.l.denunciasse, & ff.quod vi aut clam, l.aut qui aliter, & C.quæ res pig ob.pos.l.neq;. Cōstat autem q ista denuntiatio est de substantia, vt expresse dicit lex ista quæ requirit fieri denunciationem ipsi vicino, & tunc quasi de forma est quis astrictus, vt denunciet, sed si lex simpliciter loqueretur, & non dixisset de denũciatione tunc esset distinguendum, aut tractamus quo ad finē sciendi, & sufficit sola scientia, vt ff.de peti hære.l.item veniũt §. petitam, aut quo ad effectum aliud inducendi vlterius, vel prohibendi, & non sufficit scientia, vt d.l.denunciasse, cum simi. vbi ergo lex requirit denunciari sine dubio est necessaria scientia, scientia dico facti, & forma ipsius, & cæterorum quæ habent factum substantiare, vt ff depo.l.si quis inficiatus, & de elect.c.causam, & ff de actemp.l.1.§ fi.& l. quæro, & facit clem.si.vt lite pendente, ista sunt verba Bal. in d.consi.& sic concluditur, q in materia legis nostræ, isti triginta dies a die denunciationis currunt.

3 SED VLTERIVS QVÆRIT ibi † Bald. quid

quid de tempore quatuor mensium de quo loquitur litera nostra quod non requirit denunciationem, sed sciẽtiam, & dicit ꝙ litera licet non dicat a die scientię, tamen ita interpretari debet, & subdit ꝙ non sufficit scire factum, nisi sciat eius modum & quantitatem. Plena enim scientia requiritur, & quod facti series non ignoretur, vnde si parentes vel vicini sciunt factam esse venditionem, & ignorent de certò pretio, non currit istud tempus, quia sine pretio contractus venditionis non valet, vt no. Cy. in l. 1. C. de contrah. emp. debet enim certificari de pretio ille cui competit ius congrui, arg. l. fi. C. de iure emphy. quia ergo non habet notitiã eorum quæ sunt substantia nõ dicitur sciuisse, sed ignorasse, vt ff. de cõdi. & demon. l. multum, & ff. de acquir. hære. l. si quis extraneus. §. fin. Idem si vicinus sciret factam esse venditionem, & ignorasset esse perfectam. Triplex enim est perfectio, scilicet, quo ad conuentionem, & hoc fit cum cõtractus a partibus perficitur, siue in re, siue in conditione, ita ꝙ nõ liceat pęnitere, vt in l. sicut, C. de act. & obl. Secũda est perfectio quo ad actionem & obligationem, quę etiã rei periculum ad se trahit, vt ff. de peti. & commo. rei vend. l. necessario. Tertia est perfectio quo ad executionem, quo ad rei traditionem, & pretij numerationem, & ista est postrema & finalis perfectio, quę prius dicitur perfecta quàm aliæ supradictæ, quia id est perfectum, quod ex omnibus eius partibus cõstat esse perfectum, vt ff. de orig. iur. l. 1. & ff. de pact. l. ab emptione, & C. quando non lic. ab emp. disce. l. 1. & 2. quia ergo tẽpus quatuor mẽsium requirit perfectionem contractus quo ad omnia non incipit currere re
4 bus integris existentibus. † Tria ergo sunt necessaria, vt currat tempus prædictum quatuor mensium, scilicet vera existentia contractus, perfectio eius, & scientia de vtroque, & pro hoc facit quia tempus decem dierum quo datur volentibus appellare a sentẽtia incipit non a die prolationis sententiæ, sed a die scientiæ, vt no. Io. And. in c. consultationi, de app. lib. 6. de quo in decisione Rotæ 49. incip. si fertur sententia diffinitiua &c. & ideo dicebat Ange. singulariter in l. secunda. §. biduum, ff. quando appella. sit, quod si pars simpliciter notificauit parti quod sententia lata est non ex

pressis

pressis verbis contra vel pro, ꝙ non currit tempus decem dierum ad hoc, vt dicatur sciens de sententia, & ibi etiã dicit ista verba citatus ad audiendum sententiam si non fuit aliter ei denuntiatum nõ sufficit ad hoc, vt dicatur certus, adeò ꝙ sibi currat terminus ad appellandum, secundũ no. in l.1. §. fi. ff. quando app. sit, & idẽ dicit ipse Ang. in l. a sententia. §. fi. ff. de app. hoc idem tenet Bal. in auct. hodie, C. de app. & l. is qui, C. de lib. cau. & ratio est secundum Angel. quia forte iudex prorogabit terminum ad ferendum sententiam, ut in c. cõsuluit, de offi. delega. Itẽ est alia ratio, quia forte iudicabit pro citato quemadmodum contra. Præterea illa nuntia non reddit illum certum, puta ostendendo ei instrumentum sententię, secundum cle. causam, de elect. & plenè per Bar. in l. non solum. §. morte, ff. de noui ope. nun. & in l. nomen, C. quæ res pig. obl. pos. & est Gl. in c. concertationi, de app. lib. 6. & Inno. in c. primo, vt lite non conte. in 1. col. & pro dicto Ang. est Glo. in l. fi. §. fi. C. de tẽp. app. Item quia parti non est credendum, vt in l. 2. C. de rescind. vend. & no. Bar. in d. §. morte, & in l. 1. §. 1. ff. de eo per quẽ fac. erit ibi minima credulitas. Fallit nisi nũtians esset persona bona & digna auctoritate secundum Glo. in l. Titio, ff. de condi. & demon. debet ergo esse scientia certa ex parte illius cui competit ius congrui & non dubitabilis, quia non est scientia, sicut dubia probatio non est probatio, vt in c. in præsentia, de proba.

5 SED IVXTA † HOC QVÆRO QVAliter ista scientia facti probetur. Respõdeo quod duplex est scientia facti altera vera, altera presumpta. Vera sciẽtia est illa ad quam peruenitur per sẽsum corporis, & ista dicitur scientia vera quę dicitur infallibilis notitia & veritas quæ per sensum acquiritur secundum Bald. in l. scire leges, ff. de legi. & idem not. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiurã. alleg. tex. in l. in testamento in fi. ff. de testa. & l. testium, C. de testi. Cuius quidem scientiæ terminus appositus est in scientia siue ignorantia inter quæ extrema scilicet scientiam, & ignorantiam sunt gradus intermedij. Primus quidem gradus est dubietas quæ per inuestigationẽ causatur, hæc quidem non est species scientiæ, sed est quoddam medium per

quo

quod peruenitur ad inuestigandum, Gl. est in l. 1 C. de procur. & in rub. de iur. & fact. ign. & l de statu, ff. de test & in l. 3. C. qui ad liber. procla. non licet. Secundus gradus est suspicio per quam animus incipit adhærere per tex. in lege Aquilia si deletum, ibi, ad suspicioné iudicis, ff. ad l. Aqu. in l. absentem, ff. de pœnis, ibi, suspicionibus condemnari & in l. 3. §. eius, ibi, quid autem credas, ff. de test. & de hoc tangit Bar. in l. fi. ff. de quæst. Tertius gradus est qui dicitur opinio, per quam animus iudicis maximè adhęret, & nihil deest nisi cõfessio partis, vt habetur in tex. in l. 1. post prin. ff. de quæst. ibi dum dicit ad quæstionem tunc deuenitur cum suspectus est, &c. Ita dicit Bar. in d. l. admonendi, in 4.
6 col. & sic opinio, † dicitur illa quę non per sensum sed per probationes & media concludendi acquiritur, & vocatur vehemens opinio seu credulitas secundum Bar. in loco pręal. & in l. pater, ff. de acqui. hęre. & optimè in l. 1. ff. de interroga. actio, vbi per hæc dat intellectũ ad l. 2. §. quod obseruari, C. de iuramen. calum. vbi est verbum credit quod ita exponitur vt supra, & per Bald ibi. Alia scientia facti est præsumpta, hæc enim præsumptio aliquando sumitur ex consanguinitate, vt in l. octaui, ff. vnde cognati, & in l. de tutela, C. de in integrum resti. mino. Aliquando ex vicinitate, vt in l. si vicinis, C. de nup. & in l. filium diffinimus, de his qui sunt sui. vel alie. iur. Aliquãdo sumitur ex eo quod publicè fit uel publicè scitur, secundum Gl. in l. si tutor, ff. de peric. tuto. & in auc. qui semel, C. quomodo & quando iudex. aliquando sumitur ex fama siue ex eò quod publicò dicitur, vt l. cum quidam. §. quod dicitur, ff. de acqui hær. & ibi Bar. & l. is potest, eo. ti.

SED STAT DVBIVM & in hoc, an istud tépus quod currit a die scientiæ intelligatur de scientia vera, vel scientia ficta uel præsumpta. Distinguo, aut ius cõgrui obseruatur in terra secundum istam legé, & isto casu hęc lex etiam comprehendit scientiam veram & pręsumptam. Aut ius congrui seruatur mediante statuto uel consuetudine, & tunc intelligitur de scientia vera facti, ita ꝙ nõ sufficit pręsumpta, hoc probo, quia † statutum loquens de scientia nõ
7 verificatur in scientia ficta sed vera, l. 3. §. hæc verba, & ibi

Glo.

Glos.& Barto.ff.quod quisque iur.& not.Barto.in l.omnes populi, in vltima char. in ver. vlterius quæro an statutum extendatur ad casum fictum vt videtur text. in l.fin.C.qui ven.æta.impetra.Idem tenet Barto. in l.ex re, ff. de stipu. seruo.& in l.apud Iulianum ff.ex quib.cau.in pos.ea.& dicit optime Bald.in l.2.§.voluntate,ff.solu. matri no. quòd statuto requirente consensum non sufficit consensus præsumptus sed verus & expressus,& in simili not. Bar. in l.1. ff.de fonte, & Bald. in l.si quis non dicam rapere, in 6.col. ver.& facit ad q.C.de episcop.& cle.vbi dicit q̃ statuto uetante fieri pacem de homicidio, non habet locum in eo qui condemnatus est de homicidio ex contumacia , & sic ex ficta confessione,& non vera,allegat d.§.hæc verba, & idem not.ipse Bal.in l.receptitia,C.de consti.pec.in vlt. colum. versic.sed pone ad corroborandum,facit quod not.Bald. in in l.si quis seruo,in fi.C.de fur.vbi dicit statutum non extẽdi ad casum fictum & econtra ; si statutum loquitur de casu ficto non extenditur ad casum verum alle.not. per Ioan. And.in c.sciant cũcti,de elect.lib.6.& per Bal.in l.fi. C.de hære.instit.& Barto.not.pulchre in l.hæres quoque de acqui.hære.sed indiuiduo not.idem Barto.loquendo propriè de materia scientię in d.l.admonendi, in 5.colum. versicu. hoc præmisso, dicit quòd in edicto prætoris verbum scientia , intelligitur de vera scientia facti per sensum corporis
8 acquisita , † & quod de statuto dicitur idem est dicendum de edicto prætoris,vt no.in l.3.§.hæc verba,vbi text.loquitur de edicto prætoris, & per illum text. doc. decidunt de statuto.Et si diceretur aliud esse casum fictũ, aliud præsumptũ, fateor sed ad plus se habet fictio iuris qua pręsumptio iuris vt dicit Gl.in l.si duo,ff.de pet.hęr.Fictio enim adeò habetur pro veritate,q̃ in contrariũ probatio non admittitur,vt ibi præsumptio autẽ non habet onus probandi in se, sed transfert in alium,vt no.Bar.in l.in illa,ff.de verb.ob.& ei statur donec probetur cõtrarium , ideo statuto requirẽte veritatem non admittitur fictio iuris , quæ omnimodo pro veritate habetur,multo fortius p̃sumptio iuris quæ veritate proxima nõ est. Vnde cõcludo q̃ statutũ loquẽs de iure cõgrui,& apponẽs tp̃s ad rẽ petẽdã iure cõgrui a die sciẽ-

tiæ intelligitur de ſcientia vera, & non præſumpta per ſupradicta. Et ſi præſumptio improbanda ſcientia eſt probata iſta probatio præſumptiua tollitur per iuramentum partis contrariæ iurantis de ignorãtia, probo, certum eſt ꝙ de iure præſumitur ignorantia, l.verius, ff. de proba.& econtra de iure præſumitur ſcientia ex qua publicè fit, vt ſupra dixi. Hæc ſecunda præſumptio excluditur per iuramentum quia iuramentum habet ignorantiæ præſumptionem pro ſe quia nemo præſumitur immemor ſalutis æternę, vt l.iubemus, C.de lege Iul.repe. & ſic duę præſumptiones fortiores excludunt vnam debilem l.diuus, de in integrum reſti.

9 †Item ſtatui iuramento pręcedente præſumptione ignorantiæ, hoc tenet Archi.in c.2.de tempo.ordin.lib.6. & habetur in c.vt circa, de electio.eo.lib.& no.Glo.in c.propoſuiſti, 82.diſtin.& Ioan.Monach.& Arch.in cap.cupientes, de elect.lib.6.& in c.1.de dolo, & cõtum.& per Archi.& not. Bar.& Nic.de Neap.in l.ſcire oportet.§.ſufficit, ff.de excu. tut.& Bal.in l.2.ff.de iuriſd. om. iud, & no.in c.paſtoralis, de excep.& Gloſ.magna in c.ad audientiam, de reſti.in integ. Fateor tamen quod iuſtitiæ ignorantia non probatur per iuramentum, vt eſt quando mutuatur filiofami. & ignoratur eſſe filiusfamilias, & talis ignorantia probatur per iuramentum, ſed non iuſtitiæ ignorantia contra quam eſt pręſumptio iuris, niſi concurrentibus alijs coniecturis, vt quia publicè pro putrefa reputabatur, vt eſt tex. in l.ſi quis patrem, ff.ad Maced.ita pulchrè dicit Bal.in l.1.C.ad Maced. & ita intelligitur dictum Bar. in l.ſi cui. §.ijſdem criminibus.ff.de accu.vbi erat iuſtitia ignorantiæ, ideo iuramentum non ſufficit, quod ſatis eſt notandum.

ET QVONIAM SVPRA CONCLVSIMUS ꝙ tempus triginta dierum currit a tempore denunciationis propter formam traditam per iſtam legem, propterea ſunt quærenda aliqua hic circa hanc materiam denuncia-
10 tionis. Et primo in quo loco debet fieri hęc denunciatio dicit Glo.in l.mora, ff.de vſuris, ꝙ in loco congruo, & †locus congruus dicitur vbi quis poteſt conueniri, & ſi vbicunque poteſt conueniri ibi poteſt fieri.arg.l.fi.ff.de offi.pręſ.& puto etiam quòd in lupanari poſſet fieri iſta denunciatio, ſi

vicinus ibidem inueniatur ex cõsuetudine, puta quia esset leno, nam tunc attenditur consuetudo loci vbi solet conuersari ipse vicinus argu. eorum quę not. in l. quod si nolit. §. qui assidua, ff. de ędil. edict. & in l. vel vniuersorum, ff. de pig. act. & facit ꝙ not. Cyn. in l. excepto. C. loc. vbi refert ꝙ si quis stat in domo tanquam inquillinos ꝙ tenetur nomine pẽsionis eatenus quatenus pręstari consueuit, & ad hoc allegaui multa similia post Baldum & Doc. in c. 1. §. prętetrea quid sit inuestitura. Sed si esset homo qui non solet accedere ad dictum locum publicum, sed ex aliquo casu fortes ibi inuenatur ex quo ille locus est inhonestus nõ puto posse ibi fieri hanc denunciationẽ, arg. l. si cum dies. §. arbiter, ff. de arbi. Sed hoc vltimum forte nõ procedit, quia ista denunciatio fit solum ad effectum scientię, & sufficit ꝙ vicinus sit certificatus quocunque modo, vt infra dicam. Sed an sit necesse ꝙ dicta denunciatio fiat coram iudice, dic ꝙ non est necessarium, nam extra iudicium valet & tenet dũmodo possit probari factum esse, vt no. in l. amplius, ff. rem ratam haberi.

11 ITEM QVÆRO † quo tempore debeat fieri ista denunciatio, an possit fieri die feriata, Bar. tangit de citatione an possit fieri die feriata, l. 1. §. denũciatio, ff. de ope. no. nunc. sic loquitur de denunciatione quę debet fieri mediãte iudicio, nos loquimur de denunciatione quę non requirit iudicium, ideo omni tempore potest fieri etiam die feriata, vt habetur in d. §. nũciatio, & in l miles. §. sexaginta, ff. de adul. C. de appel. l. fi. maxime cum in casu nostro talis denunciatio fiat ad effectum tollendæ ignorantiæ, facit ff. mãda. l. si fideiussor. §. 1. & ff. de act. emp. l. 1. in fi. vnde quocunq; tempore & in quocunque loco & etiam in missa potest fieri ista denunciatio. Sed iterum quæritur an ista denunciatio debeat de necessitate fieri principali, vel sufficiat fieri procuratori generali, respondetur ꝙ potest fieri etiam procuratori, vt no. in l. apud Celsum, ff. de excep. dol. & in l. procurator, ff. de trib. & no. in l. si dictum. § fi. ff. de euict. Sed quid econtra, an talis denunciatio possit fieri per procuratorem, respondetur, ꝙ sic, sed ille qui denunciat procuratorio nomine debet ostendere procuratorium, alias

non valet denũciatio. Ita dicit Ang. in l. hæredes, ff. ad Trebellianum, allega. C. de renuncia. l. si fundum, iuncta l. si quis inficiatus, ff. depo. & l. hominem, ff. manda. Item quæro an sufficiat semel denunciari, vel pluries debet fieri ista denunciatio videtur quòd sæpius debeat fieri argum. l. qui Romæ, §. cohæres, ff. de verbor. obligatio. & ff. de mino. l. Æmilius, & ff. de pig. actio. l. si conuenerit. Sed certè in dictis iuribus narratur accidentia facti. Ideo dicendum est quòd sufficiat semel denunciari, ut not. Glos. in l. mora, ff. de vsur. & in l. Titio Seio. §. vsuras, de lega. secundo, & in l. 3. §. 1. ff. quod ui aut clam. & ff. de no. ope. nuncia. l. procura-
12 tor. §. 1. Et ꝙ sufficiat semel deducuntur plura similia† Nã quo ad acquirendum ius in possessorio seu quasi sufficit ꝙ semel quis fuerit in possessione, ut in cap. cum de beneficio, de conces. præben. lib. 6. & in c. cum ecclesia, in fin. de causa pos. & propric. facit tex. in l. 1. §. quæsitum, de aqua quo. & esti. vbi ad probandum quasi possessionem seruitutis ducendi aquam ex fundo alterius sufficit probare quem fuisse semel vsum de quo per Bar. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itine. actuque priua. & no. Docto. in d. capit. cùm ecclesia, facit l. in dic ff. de aqua plu. arcen. ubi non dicitur facta iniuria ei qui semel voluit, facit l. videamus, ff. quod metus cau. vbi sufficit semel meum peruenisse ad eum uel eius hæredes & propterea no. in l. mariti, §. qui quæstum. ff. de adulr. ꝙ quodammodo parificantur actum fieri semel vel sæpius, sicut etiam sufficit semel extitisse tabulas testamẽti paterni licet extare desierunt, ut ff. de contracta. l. quod vulgo, & de secundum ab. l. 1. § semel, sic etiam & legato relicto cũ quis filios habuerit sufficit semel nasci quamuis illico mortui sunt, ut C. quando dies leg. ced. l. cum uxori, & ff. de institu. & substi. l. si quis hæredes. Item sufficit semel tantum dilationem dari ad deliberãdum, l. sancimus, §. sed quia. C. de iure deli. item sufficit semel idoneitatem inuenire in bonis debitorum, ff. de bon. aucto. iudi. pos. l. fi. §. 1. Item sufficit semel concessum ut reuocari non possit, ut in capit. primo, qui succ. tenea. Item vbi ceptum est semel iudicium ibi debet finiri, l. ubi ceptum, ff. de iud. Item non committitur pœna nisi semel l. si duo, §. fi. ff. ex quib. cau. maio. l. cum

quæ-

quærebatur, ff.iud. sol. & ff. de ędil.edi.l.si tantum. Item semel penę cōmissa nō euanescit l.Celsus, ff.ex quib.causa. Item qui semel est hæres semper manebit hæres l. ait prętor. §. sed quid. ff.de minorib. Item non potest reprobari quod semel approbatum est l.Pomponius,ff.de nego.gest. Item actio semel extincta amplius non reuiuiscit l.si vnus.§.sed si pactum,ff.de pactis l.qui res,§.aream, ff. de solutio. Item in omnibus contractibus qui solo consensu contrahuntur sufficit semel voluisse ff.pro socio,l.antepenultima, & de accessionibus, ff.de tempo.& diuer.præscri. Item sufficit solum semel fuisse commissum l. 1. §. si rem , ff. deposi. Item ex quo semel cepit competere semper cōpetit.ff.de ędil.edicto l.quid sit, & ff.de actio.& ob. l. quicunque . Item qui voluit semel cogitur prosequi vt in auct.de litigio.§.omnem, & ff.manda.l.si mandauero,in fi. Item sufficit quem esse vasallum ad hoc vt eius filij dicantur vasalli argu.l.cum satis.§.cum autem. C.de agri.& censi. libro vndecimo . Item sufficit semel fuisse feudum quaternatum vt dicit And. in c.1.de controuer. feud.apud par. termina . Item sufficit semel centum auri libras pro aqueductibus vrbis perceptum in consulem numerari , vt C.de consuli.l.pen.in fin. Sic etiam semel sufficit cōditionem extitisse hæredibus l.hęrede.ff.ad Trebel.Item semel absolutus ab anno non potest iterato absolui secundum Baldum in lege ancillam . C. de cond. oblig. cau. Item vbi permittitur variatio , non permittitur nisi semel tantum . C.de rebus cred.l. si quis iusiurandi, & nota Bald. in auct. habita , §. verum , C. ne filius pro patre . Vnde ad propositum sufficit semel factam esse denunciationem, illa semel facta si coniunctus non emit,excluditur per illum tex. a iure congrui . Potest tamen volens vendere ante denunciationem exponere rem venalem vt sciat quantum inueniret vt possit denunciare vicino,vt legitur & no.in ca .potuit, de locato.

SVBSEQVENTER QVÆRITVR AN
13 † si sciat vicinus rem esse venalem requiratur denūciatio , videtur quod non , quia certus certificari non debet vt ff. de actio.emp.l.1.in fin.& c.eum qui certus.de reg.iu.lib.6.

faciunt ea quæ habentur in Gloss. in c. 2. de conces. præben. & tex. in c. 1. §. don. in ver. porro qualiter olim feu. alie. do te. & facit l. scribit. §. fi. cũ l. seq. ff. de admi. tuto. & ff. de petitio. hęr. l. item veniunt. §. quid ergo, & no. in auct. vt spõlar. §. rursus, Sed dic ꝙ in tex. nostro denunciatio est de forma, quę non debet omitti vt supra dixi. ex aucto. Bal. & per hoc facit. l. emptor fun. C. de euic. vnde quando denunciatio est de forma nõ sufficit scientia vt dicit Dy. in d. regula eum qui certus, per not. in d. l. denũciasse, circa princ. ff. de adul. Sed pone ꝙ cõiunctus fuit pręsens venditionẽ tãquã testis an requiratur quod ei denũcietur prout dicit ista lex. videtur ꝙ non requiratur denunciatio quia illa pręsentia ęquiparatur denũcia. arg. l. procurator. §. sed si testator, iun. Glo. ff. man. In contrarium facit l. Caius, ff. dę pign act. vbi ille qui fuit pręsens in testa. & se subscripsit tanquã testis non fit sibi pręiudicium in iure suo, quia tunc habetur vt alia persona nõ vt ipse, facit l. cũ quidã, C. de admi. tut. vbi quando tutor facit aliquid vt tutor non pręiudicat sibi vt priuato. Facit ad idẽ bonus text. in l. aduersus, §. tut. & l. si. cum Glos. sua ff. de inof. test. Item patet quia si iudex habet scientiam facti vt homo, & aliter habet ex processu, tũc est alia persona & debet iudicare vt iudex, hoc est secundũ allegata & probata & non secundum propriam conscientiã secundũ Archi. in c. 1. de re. iu. lib. 6. in verbo iustitiam, de
14 quo in l. 1. C. vt quę desunt aduoc. Et † de ista materia quãdo aliquis facit actũ non vt ipse sed vt alius an præiudicet sibi vide Glo. in c. inter canonicos. extra de elec. & Glos. in l. si pater. §. qui duos, ff. de adop. & in l. inter officium, ff. de rei vend. & in d. l. si. ff. de inoff. test. facit ad hoc illud quod dicitur quod si præsens sit autorizans sibi præiudicatur in is quę sibi nocet, puta si describatur ipse debitor in eo actu etiam si ille actus puta inuentarium sit nullus, vt in capit. ex literis, iuncta Gloss. in verbo testis, ad fi. de transac. & in capitulo quando, in secunda Glo. de his quę fi. a pręla. sine consen. capit. & in c. si quis presbyterorum, in prima Glos. de rebus eccle. non alie. & in l. Titia. §. lucia. de legatis secundo. Sed pro decisione cõcludo, quod ad effectum vt currant illi triginta dies requiritur denunciatio etiam si coniunctus

iunctus est testis in instrumento venditionis quia hoc est de forma quæ non potest omitti. Nec est verum quod præsentia & denunciatio paribus passibus ambulant, quia hoc male probatur in dicto. §. sed & si testator, sed quantum ad effectum inducendi scientiam sufficit quod fuit presens in contractu tanquam testis, quia scientia ita vrget in his quę quis facit vt alius, sicut in his quæ quis facit tanquam ipse, vt 46. distinctio capit. sicut, & de decimis cap. penul. §. porro. secundo responso. lib. 6. & quod ibi not. Et pro hoc facit quod in simili dicimus ꝙ procurator falsum confitens non excusatur ꝙ tanquam alius est cōfessus, vt habetur in l. proinde. §. 1. ff. ad l. aquil. quia vtilis actio confessoria datur contra eum. Vt ibi.

SED ITERVM QVÆRITVR QVID

15 si † non potest haberi copia coniuncti vt possit ei fieri denunciatio an sufficiat denunciari in eius domo. Respondeo ꝙ sufficit coram vicinis & amicis in domo illius fieri hanc denunciationem. iuxta no. l. cū qui aliter. §. 1. ff. quod ui aut clam. & in d. l. denunciasse ff. de adulte. Facit ad hoc de denunciatione fienda amicis & uicinis quod not. Innoc. in c. fi. de dolo & contum & quod no. in l. 2. ex quibus cau. in possessio. ea. Sed quid si ille cui competit ius cōgrui est pupillus & habeat tutorem, sed tutoris copia haberi non potest an sufficiat denunciari pupillo certe sic si pupillus est maior infante. arg. l. si dictum. §. 1. ff de euictio. sed si infans est non valet ipsa denūciatio, quia eius ętas quicquid videt ignorat l. 2. C. de fals. mone. & in Spe. de actore, §. 1.

Sed iterum queritur quid si facta denunciatione vicino, vicinus infra 30. dies non soluit precium, quia iuste est impeditus an cessante impedimento postea possit petere ius congrui lapsu temporis non obstante dic quod sic, quia iuste impedito non currit pręscriptio, l. 1. de anna. except. cum simil.

SED iuxta hoc quærit hic Bald. quid si venditor iusta necessitate coactus, puta quia moritur fame, vel est infirmus, & non habet vnde possit facere expensas, vel est apud hostes, & non valet expectare terminum 30. dierum ad recipiendum pretium a volente emere per ius Protho-

miseos, & protestatur qđ nisi Titius vicinus ei soluat pretium incontinenti, quod vendet alteri & habebit pretium absque temporis expectatione, an teneatur vicinus statim soluere pretium absq; eo quod gaudeat dicto interlusorio
16 triginta dierum. † Respondeo quod cessat terminus hujus l. propter necessitatem. Nam in qualibet dispositione legali videtur excepta necessitas, quia necessitas non habet legem, vt in l. prima. ff. de offi. consul. in cap. quarto. de cõsue. & patet in cap. 1. in princip. qualiter olim feud. alie. pos. vbi feudum non potest alienari, & tamen ex necessitate si non habet vnde possit viuere, poterit alienari. Item ex necessitate permissum est furari, vt est bonus text. in cá. discipulis domini, & ibi bona Gloss. de conse. dist. vlt. & est bonus text. in cap. primo, in verbo, equum suum, de pace tenen. Item ex necessitate potest pater filium suum vendere, text. in l. secunda. C. de patri. qui fil. dis. Item res prohibitę alienari possunt alienari ex necessitate famis, & pro alimentis & medelis, vt not. in l. mutus, §. manente ff. de. iur. do. & l. si cum dotem. ff. solu. matr. ibi cum autem, necessitas enim facit licitum quod alias est illicitũ, septima q. 1. c. mutationes. Facit illud quod dicitur quod necessitas seu paupertas veniens sine sua culpa excusat a periurio, si in tẽpore promisso non potest satisfacere, vt no. in c. breui, & in c. querelã, de iure iur. & not. Bal. in c. 1. de no. for. fidel. & in c. 1. §. porro, quæ sit prima causa benefic. ami. & in c. licet, si de feu. fue. cõtrouer. & in c. fi. de alie. feu. pater. Itẽ si sunt plures notarij ad vnũ bãchũ, & vnus incipit acta alicuis causæ alius non potest finiri nisi ex necessitate secundum Iac. But. in l. 1. ff. de of. consu. de quo in cap. cũ plures, de offi. deleg. & vide quæ habentur in l. 1. ff. de offi. eius cui manda. est iurisd. & ibi etiam allegantur alię concor. Item si Papa vult quod res ecclesiæ non possint alienari inconsulto eo nihilominus possunt alienari ex causa necessitatis, dicit Glo. & text. in cap. verum, de condi. appo. Item prælatus iurat non alienare Romano pontifice inconsulto, & tamen in casu necessitatis potest alienare inconsulto Romano Põtifice, de quo per Io. And. in addi. Specu. in tit. de rebus eccle. non alie. & per Panormi. in c. fi. de relig. domi.

17 SECVNDO no.† ex tex. ibi, iustum pretium, quod coniunctus ad hoc, vt possit euincere rem venditam iure congrui debet duo facere. Primo quòd intra 30. dies soluat venditori pretium rei emptę, quia si moram committit excluditur ab isto iure. vt dicit illę tex. Secundo quòd iustum pretium soluat secundum quod visum fuerit arbitrio iudicis. Nam ad iudicem spectat examinare quod sit iustū pretium, vt dicit Bar. in l. Calipodius. ff. de sol. & idem Bar. in l. creditores, C. de pig. & est bonus tex. in l. fin. C. de iure domi. impetran. & not. Barto. in l. si equo. ff. de leg. 1. vel secundum quod visum fuerit ęstimatoribus ad quod ex publico deputatis. quos Neapoli vocamus tabullarios. Et de istis æstimatoribus loquitur tex. in l. hac edictali. §. is illud, C. de secun. nup. & in auct. de non alie. §. quia verò leonis, vel debet soluere illud pretium quòd reperitur ab alio volente emere, dum tamē cesset fraus. Nam posset quis volens vendere adhibere aliquem amicum suum qui signat emere vel vendere magno pretio, & in veritate, hoc fiat in vtilitatem venditoris ad hoc, vt vicinus cui competit ius congrui tantum soluat quantum inuenitur. Nam si poterit de ista fraude constante, non debet domus appretiari tantum quantum vendi potest, sed debet æstimari, quia cessante fraude vendicat sibi locum illud quod dicitur, ꝙ tantum valet res quantum uendi potest, ut in l. si seruus, in priu. ff. de condi. fur. & ibi Glo. allegat concor. Item hoc est uerum. scienti qualitatē rei, ut l. mor. causa capimus, in fi. ff. de do.
18 causa mortis, facit l. si quis. C. de resc. vendit.† Nam si aliquis emeret rem pro cētum quę non ualet 60. & ignorabat uitium rei, non diceretur ꝙ ista res valet centum, & ad hāc ignorantiam probandam debet fieri articulus, ꝙ res uendita habebat uitia latentia, puta quia erat sterilis uel reddititia, uel reddebant malam umbram propter hominem ibi sepultum, ut ff. de lega. secundo, l. in equius, §. in fundo, uel habet seruitutem cuius occasione res non est in tanta æstimatione. ita dicit Bart. in l. pretia rerum, ff. ad l. falcidiam, & l. prima, §. si hæres, ff. ad Trebellianū. & domi. Sebastia. in prima constitutione de iure congrui, super uerbo fuerit, in fi. & not. Bart. in l. tertia, §. diui fratres, ff. de iure fis. quia

res debet æstimari cum suis qualitatibus, vt in iuribus præallegatis. Sed quid si aliquis est compulsus ad vendendum propter necessitatem, & nullus comparet ad emendum, cõsiderates q̃ ille venditor faciet bonum forum propter necessitatem quam habet, an dicatur tunc res tantum valere quantum vendi potest, certè non, sed iudex tunc æstimabit secundum Bart. notanter in dicta l. & si æquó, de leg. 1. Item res debet æstimari secundum communem opinionem hominum, & non secundum affectionem, secundum Barto. in dicta l. pretia rerum, & ad probandum communem æstimationem non sufficit probare quòd tali die res tantũ valebat, quia non habetur consideratio tam breuis temporis, sed debet fieri probatio quòd res communiter tantum valuit, tali tempore, ante & post, & permultos annos, secundum Bartolum in dicta l. pretia rerum, & Ange. in l. in lege falcidia, hoc esse seruandum. §. corpora, ff. ad legem Falcid.

19 † Potest etiam iustum pretium probari hoc modo, q̃ res fuit subhastata in loco publico alta voce, & non fuit plus repertum nisi tantum. Nam isto casu quando res est vendita per subhastationem non potest dicere venditor se deceptum vltra dimidiam iusti pretij, si iudicis decretum interuenerit, vt in l. prima, C. de præd. cur. libro decimo, & ibi Barto. & expresse hoc tenet Ange. in dicto. §. corpora, licet Barto. aliter dicat in l. prima, C. de præscrip. triginta annorum, allegat, l. si quis id quod, C. de rescinden. venditione. Sed ibi clare fuit probata ambitio, secundum Angelum, in dicto. §. corpora. Vel dic quòd iustum pretium dicitur cõsiderato redditu rei, vt ff. de reb. eo. l si fundus per fideicom. in princip. puta si dicatur tantum quantum valet res in viginti annis, puta quinque pro centenario, vt dicit gloss. in auten. perpetua, C. de sacrosanct. eccle. per textum in auten. de nõ alienan. §. si vero alicuius. Sed hoc procedit quã do ecclesia dat in emphyteusim aliquod pretiosum prædium magni valoris, redditus verò nullius aut modici, tunc emphyteuticus redditus debet statui ita & aliter quòd ipsi redditus in viginti annis collecti faciant æstimationem rei sed quando ecclesia vult alienare pro ademptione captiuorum, tunc est iustum pretium quantum ascendit redditus

in

in quinquaginta annis, vt in auđen.de alien.emphyteu.§. sancimus. Sed quando ecclesia vult alienare certum annuum reditum quem habet extra prouinciam ipsius ecclesiæ, tunc iustum pretium est quantum ascendit reditus in triginta quinque annis, vt in auđen.de eccle.titu.§.sancimus. Interdum autem statuitur iustum pretium ex reditu quindecim annorum, C.de dona.l.si quis argentum.§.simi liqùe modo. Ibi in reditibus autem in quindecim annos æstimationem præstet. Cætera de ista materia qualiter res sit æstimanda, vide pulchram glossam, capitu.cum causam quæ inter Archiepiscopum, extra de testamen. & plene per Bartol.& Dođores, in l.secunda, C.de rescind.venditio.

20 SED IVXTA PRÆDICTA † QVÆRO, Testator fecit testamentum & imposuit pretium rei vendendæ, an istud dicatur iustum pretium, videtur quod sic, purificata potestate iudicis, & testatoris, l.non impossibile, cum concord. ff. de pađ. In contrarium tamen est veritas, quia æstimatio fađa per testatorem nullam necessitatem inducit, vt in l.cum pater. .pater filio, & ibi Barto.ff.de legatis secundo, & scias quòd fruđus pendentes in agro augent æstimationem agri, vt est text.in l.in lege Falcidia, la 3.ff. ad legem Falcidiam, vbi dicitur quod fundus est pretiosior propter fruđus, sed ancilla propter ventrem non, & per illum textum dicit Ang.ibi, quod de partu non est habenda consideratio antequam nascatur quod not.dicit ipse pro statuto Florentiæ dićtante quod de legato rei debeat solui gabella, secundum rei valoré, sed si legatur vacca prægnans quę caricus venditur propter fetum, tamẽ illius qualitatis consideratio habenda non est quod satis est notandum qualiter autem probetur valor rei venditæ, Dođo. in l.secunda, C.de rescinden.vendi.& in cap.cum causam, de testi.& Ang.in l.si is qui quadringenta.§.quædam, ff.ad legem Falcidiam. Sed quid si aliqui testes deponant de maiori pretio, & quidam de minori quibus magis est credẽdũ. Respondetur quod magis creditur illi qui dicunt de minori pretio secundum Bald. in dićta l. secunda, & vide in l. si quis in suo, ff.de cõd.inst.& in d.l.mortis causa, ff.de dona.

21 na. causa mortis. Hic nunc quæro † de pulchra quæstione quidam vendidit domum pro quinquaginta, quæ in veritate emptore contractus valebat centum emptor iste conuenitur a vicino iure congrui, ille emptor se defendit quod non tenetur vendere iure cõgrui, fit processus, & iudicium illud durat per annos, demum fertur sententia, & condemnatur emptor vel vendendum iure congrui iusto pretio secundum quod æstimabunt tabularij, vel æstimatores pretium cuius domus tunc forte creuit non per industriam emptoris, sed forte casu fortuito prout contingit de facto isto anno propter mutationem Doannæ Neapolitanæ de vno loco ad alium, an debeat fieri æstimatio secundum pręsens tempus sententiæ, an secundum tempus litis contestatæ in causa videtur quod debeat fieri æstimatio a tempore moręs, videlicet, a tempore quo fuit emptor requisitus, vt vendat per ius congrui iusto pretio ipsi vicino, vt videtur casus in l. in hac, ff. de triti & l. quoties in diem, ff. de verborum obligationibus, & in l. vinum, ff. si certum petatur, & hoc tenet ibi Ludouic. Roma. in quarta colum. ibi dum dicit in hoc conclude vltra solutionem Gloss. quòd cum quæritur quo tępore debeat fieri æstimatio, & ad hoc facit l. vxorem. § testamento, de legatis tertio, quam allegat
22 Oldrad. consi 30. quod † condemnatus ad decem debet soluere de pecunia quæ currebat tempore latæ sententiæ, & non tempore executionis. Accedant notata per Docto. in l. cum quid ff. si certum petatur, & quod not. Spec. in tit. de solu. in §. nunc aliquã, & Bald. in l. illud, C. de sacrosanctis eccle. & in l. final. C. communia de lega. Mora enim committitur per interpellationem, vt in l. mora, in princip. ff. de vsuris, & in l. si ex legati causa, ff. de verborum obligationibus. In contrarium tamen determinare videtur domi. Sebastia. in constitutione de iure congrui, in verbo, fuerit vbi dicit quòd iustum pretium consideratur secundum tempus futurum quo tempore debet vendere vicino iure congrui, quia emptor posset acquirere seruitutẽ, & sic plus valere vel aliter meliorare, argumen. l. Meuius, ff. de legatis secundo. Itẽ iusta pretia non ex pręterito, sed ex pręsenti statu iudicatur, vt l. tertia. §. diui fratres, & ibi Bart. ff. de

iure fisci, & sic debet fieri æstimatio secundum quod res valet tempore sententiæ, & pro hoc nouissime allego bonum textum, in capit. primo, si de feud. vasal. ab ali. fuerit interpel. & not. Specu. in titu. de solu. §. nunc aliqua. Pro solutione tamen uidetur dicendum, quod quando nulla mora est commissa per emptorem, tunc iustum pretium æstimabitur secundum tempus futurum. & ita loquatur opin. domi. Sebastia. Sed si mora est commissa per eum, fit æstimatio secundum tempus a tempore moræ per iura præallegata in d. l. vinum. Et hoc verum est, nisi emptor habuisset iustam causam litigandi. Nam donec habuit iustam
23 causam litigandi non est mora, † quia & iusta causa litigandi excusat ab expensis, & in l. qui solidum, §. etiam, ff. de legatis secundo, & etiam dolo. l. igitur. §. potest, de libe. caus. & C. ad legem Flauiam, de Plagia. l. si Plagij, & secundum aliquorum opiniones excusat etiam pena de quo per scribentes in l. qui Romę, § duo fratres, ff. de verborum obligatio. & consequenter excusat a mora. Paleus tamen in suis quæstionibus in vlt. quæst videtur tenere quod debeat æstimari secundum tempus rei iudicatæ, alleg. l. tertia, de triticario.

TERTIO NOTA ex textu ibi, vnusquisque, quod si pluribus vicinis ratione coniunctionis competat ius congrui res illa euicta iure congrui diuiditur proportionabiliter inter eos, & vnusquisq; recipit portionem suam secundum magnitudinem coniunctionis, quæ est iuxta rem venditam, argumen. legis primæ, C. de impube. & alijs substit. & l. vnicæ, C. quando non peten. par. & de hac materia dictum fuit in §. præcedenti, in vltimo notab. Sed iuxta hoc quæro vicino competebat ius congrui, antequam obtineret in causa, mortuus est relictis pluribus hæredibus, quæritur an illud ius congrui transeat ad hæredes, & an fiat diuisio inter eos, ad primum uidetur quòd non transeat ad hæredes ius congrui, quia ut dictum fuit in §. præcedenti non potest cedi ius congrui, sed illud quod non est cessibile, non est transmissibile, ut in l. ex pluribus, ff. de administratione tutorum, & ita nota. Bald. in l. per diuersas, in 16. quæstio. C. mand. ergo &c. In contrarium videtur quia in hæ-

redes transeunt actiones actiuè & passiuè, vt in l. prima §. C.vt acti.ab hæredibus & contra hæredes, quia hæres debet vti iure defuncti, etiam si ipse sit priuilegiatus, vt ff. de vsur.l.cum quidā §.fiscus, & fit diuisio inter eos pro equali portione, vt in l.secunda.§.& harum, ff.de verborum obligationibus, & ista pars est verior. Nec obstat argumentum in contrarium, quia ius congrui potest cedi cum ipsa re, & consequenter transmittitur ad hæredem cum ipsa re, sed in iure congrui separato a re, quis non potest hæres institui per dictam regulam, sic intelligitur ista materia.

23 QVARTO NOTA † ex textu ibi, verum si infra statutum terminum, quòd per lapsum termini quis exclusus est a iure congrui, vt hic, & facit text. in l.item veniunt, §.a quo, ff.de pet.hereditа.& ei imputandum est qui infra terminum statutum non egit, quia prescriptio excludit eum a iure suo, facit bonus tex.in l.finali, in fine, C.de his qui a non domi. manumis. sunt, vbi text. dicit cum sibi amissi mancipij damnum debeat imputare qui per perniciem suam gesta taciturnitate firmant, ad idem est tex. in l.finali, C.de anna.exceptio.ibi hypothecariam autem euanescere taciturnitate sopitam, & infra subdit cum contra desides homines & iuris sui contemptores. Item sicut præscriptione & vsucapione excluditur quis ab actione sibi cō petenti transacto tempore a iure statuto, vt C. de vsucap. transforman. l. prima. Ita isto casu transacto tempore triginta dierum excluditur a iure congrui. Non enim permittendum est eum contra quem prescriptum est possessorem iudicijs afficere nec sperare aliquam in his sibi viam actam. Sed omnis additus est excludendus, l. finali, C.de quadrienna.præscriptio, & not. Specu.in titu.de exceptio. §.dicto, versic.sed adhuc opponitur. Nam ex lapsu termini intelligitur tacita renunciatio fieri per eum qui tacuit. l.apud eum, C.de censi.libro vndecimo, l.si eo tempore, C. de remiss.pigno.& ff.locari, l.cum in plures, §.locator, & ff. de exerc.l.prima.§.magnā. Properare ergo debet actor ad sui iuris prosequutionem, vt C. de adult. l. ob commissa, quia vigilantibus iura subueniunt, vt in c.vigilāti, de præscrip.

ſcrip. & alibi dicit Bald. quod per lapſum vnius anni videtur induci tacita repudiatio, allega. l. ſi impubes. §. finali, ff. ad Trebellianum, & l. facta. §. ſi quis bonorum, ff. ad Trebellianum. Ita dicit ipſe l. licet, C. de iure deliberan. quod not.

25 QVINTO NOTA † ex textu, quòd durante captiuitate non currit tempus triginta dierum ad petendum ius congrui, & ſic iſte text. intelligitur de captiuato exiſtente apud hoſtes, vt l. prima, & in l. imbelio. §. ſi pignori. de capti. & poſtliminio reuerſis, & non de captiuo exiſtente in carceribus publicis iuſtitię. Nam ei currit iſtud tempus facta denunciatione. Nam dicit Bar. in l. is q reus in fi. ff. de pub. iu. quòd ille qui detinetur in carceribus poteſtatis propter aliquam condemnationem ſi citatur ibi & non comparet imputatur ſibi cum poſſet per procuratorem comparere, & hoc per Gloſſam ibi poſitam remittit tamen ſe ad dicta per eum in l. ſecunda, circa finem, ff. de cuſto. reorum, licet aliter dicat ipſe in l. ſecunda, ff. de in ius vocan.

SEXTO NOTA ex textu ibi, deportatus vel in exilium miſſus, quòd deportato vel in exilium miſſo non currit præſcriptio temporis conſtituti ad petendum ius cō grui, vt hic, quia dicitur impeditus. Sed dubium ſtat in hoc,

26 † An impedito currat præſcriptio ipſo iure, vel ope exceptionis, Guil. de Cu. in l. ſenatus, ff. de offi. pręſi. dicit quòd aut aliquis eſt impeditus impedimento iuris aut facti. Primo caſu aut impedimentum ſuperuenit ante actionem cōpetentem aut poſt, ſi ante, tunc non valenti agere non currit præſcriptio, vt in l. 1. in fi. C. de anna. excep. & l. fin. §. donec, C. de iu. delib. Si vero poſt actionem competentem venit impedimentum, tunc currit præſcriptio, ſed datur reſtitutio, vt in d. l. ſenatus. Secundo caſu principali quando eſt impeditus impedimento facti, & tunc aut impedimentum eſt iuſtum & non currit præſcriptio Secus ſi eſt iniuſtum, vt in l. 3. §. ſi quis, ff. ſi quis cau, facit tex. in l. Artilicinus, ff. de ſerui ruſt. præd. hanc diſtinctionem reprehendit in duobus capitibus. Iac. de But. in d. l. ſenatus, per text in d. l. diuus, quare ipſe aliter diſtinguit, videlicet, aut impedimen-

tum

tum est ex parte rei seu conuenti, & tunc impedimentum non tollit præscriptionem inchoatam, sed impedit inchoandam, vt ff. de fund. do. l. si fundum. Si verò impedimentum est ex parte agere debentis, & tūc aut actor impeditur agere, & tale impedimentum impedit præscriptionem inchoatam & inchoandam vt l. 1. §. fi. C. de anna. excep. Aut non impeditur agere sed commode agere non potest, & tūc currit præscriptio sed datur restitutio, vt ff. quibus can. maio. l. non enim, & hanc distinctionem sequitur Cyn. in d. l. senatus. Ang. tamen in l. sicut. C. de præscrip. 30. anno. dicit quod si quis impeditur iuris impedimento sibi non currit præscriptio tanquam agere non valēti l. 1. ff. de diuer. & temp. præscri. Sed vbi quis est impeditus agere impedimento ignorātiæ solius iuris vel facti, tunc ei currit præscriptio cum esse
27 ctu vt d. l. 1. in fin. C. de anna. excep. † de illo tamen articulo an ignoranti currat præscriptio ipso iure vel ope exceptionis, vide plene per Glo. Bar. & Docto. in l. cum filius, §. in hac, ff. de ver. obl. per Bar. in l. 1. §. si quis autem. ff. de itinere actuque priua. Lud. o. in l. si vniuersas. §. fi. ff. de acqui. hære. & in l. si verò, §. de viro. 11. fallen. ff. sol. matr. Idem Lud. in consi. 117. incip. visa diligenter præpositi thematis consultatione, & in alio consi. 124. incipien. circa primum dubium. Vbi vero quis est impeditus agere propter causam, exemplum si propter inundationem aquarum quis non potuit vti via sibi debita tunc currit præscriptio, sed habet locum beneficium restitutionis ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. vt in l. 1. ff. ex quibus can. maio. hic est tex. in d. l. Attilicinus, Alios casus in quibus non currit præscriptio, habes per Glo. in c. transmissa, de præscri. & ibi Innoc. & Bar. in l. naturaliter ff. de vsucap. vbi ponit de impedimento temporis guerræ & mortalitatis. Bar. autem in d. l. 1. §. si quis autem, ff. de itine. actuque priua. dicit quod impeditus impedimento facti restituitur in integrum secus si est impeditus impedimento iuris, quia tunc nulla est opus restitutione. Idē dicit ipse Bar. in l. vnus ex socijs, in §. si fons ff. de serui. rust. prædio. alleg. Cy. in l. 1. in decima oppo. C.
28 de bon. mater. His præsuppositis quæro, † quis dicatur deportatus, & quis in exilium missus. Respondetur quòd deporta-

portatus dicitur ille qui amisit ea quæ sunt iuris ciuilis, & retinet ea, quæ sunt iurisgentium l.quidam, ff.de pe.& no. insti.de c.dimi.§.minor.& iste reputatur mortuus naturaliter, vt in l.1.§.filiũ, ff.de cõtratab.& insti quib.mo.ius pat. pote.sol.§.cum autem, & in l.ex ea parte, ff.de ver.obliga. Ille autem dicitur in exiliũ missus qui perpetuo damnatur exilio, vt not.Glo.fi.in l nemo vel in foro, & cui facta est interdictio aquæ & ignis, vt ff.de pub.iu.l.2. & dicitur etiam mortuus ciuiliter vt ibi no. Et scias ꝙ triplex est exilium, vt ponitur in l.exilium; ff.de interdi.& relega. & Ludo.in l.sed & si quis ff.si quis caution. & de materia bannitorum de restitutione ipsorum vide in c.domino Guer.hic finitur lex Corra.& ibi plures remissiones.

SEPTIMO not. ex text.ibi, absens, ꝙ absenti causa reipublicę, uel pro suis negotijs sine dolo & fraude succuri
29 tur vt†contra eũ non currat præscriptio ius cõgrui, subaudi ope exceptionis ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, de qua in l.fi.ff.qui.ex cau.maior.& no.in l.fi.C.q̄b. mo.ob.long.tẽp.pręscrip.& no.Bart.in l.ab hostibus.§.sed quod simpliter, ff.qui.ex cau. maio. & sic absentia excusat, de quo in l.2.§.1.ff.si quis cau.debet tamen absentia ꝓbari de quo in capitulo veniens, in prin.de dolo & cõtuma.& in capitulo cupientes, de elec.in 6. Quis autẽ dicatur absens causa reipublicæ, vide Cy.in l.1.C.q̄b ex cau.maio. & Gl. in l.sed & si.§.hæc clausula.ff.eo.ti.Et scias ꝙ quinque sũt genera absentiũ de quibus in Gl.in lege si.de in integ.resti. Et quis dicatur absens, & quis præsens, uide in l.fi.C.de p̄scrip.lon.tẽp.& in l.præsens, ff.de procura.& in l.2.in fin. ff.sol.mat.& in c.suscepti, de rescrip.lib.6.in 5. Glo.& in c.si delegatus, de offic.deleg. in 3.Glo. Et scias ꝙ in dubio absentia pręsumitur iusta, nisi probetur iniusta, vt ff.de fideicom.lib.l.si eam.§.ex iuxta, & hoc vbi non tenetur aliquid facere secus vbi tenetur, quia tunc præsumitur iniustè, & malitiose facere, vt C.de decurio.l.quamuis, lib.decimo.& ff.vbi pupil.edu.deb.l.fi.& not Imo.in c.si aduersarius.de eo qui mit.in po.causa rei seruan.Et de ista materia quando absentia præsumatur dolosa & cum fraude & quando non, vide in Glo.fi.c.1.de dolo & contuma.lib.6.

30 OCTAVO no. ex eodem text. † q̃ absentia malitiosa & dolosè facta non prodest, ut hic, ad idē tex. in c. consultationibus, de offi. deleg. & in c. quoniam, §. post, vt lite non contesta. & Innocen. in cap. dilecta, de verb. sign. & in c. fi. de eo qui mit. in pos. & in cap. ex tūc. de cleri. non resi. Qualiter autem dicatur dolum ab fuisse, vide in l. item is, §. dolum, & in l. si cui. §. tandiu. ff. ex quib. cau. maior. & C. de restitutio. mili. lege ignorare.

NONO NOTA textum ibi, minor 25. annis, quòd minori non currit præscriptio iuris congrui, & hoc etiam est de iure communi verum, nam contra pupillum non currit præscriptio ipso iure, post autem pubertatem vsque ad 25. annos currit præscriptio sed restituitur in integrum, vt in l. 2. C. qui non currit long. temp. præscriptio. Hodie in regno per constitutionem quæ incipit, minorum iura, non currit præscriptio durāte minori ętate ipso iure, sed minor ętas dicitur vsquę ad 18. annos, post autem dicitur maior, vt in dicta constitutione & hoc iure vtimur.

31 DECIMO not. ex text. ibi, pcur. tores, † q̃ absentes causa reipublicę, vel p negotijs proprijs tenētur relinquere procuratores & ipsis procuratoribus siue tutoribus vel curatoribus ad petēdū ius cōgrui non datur tēpus 30. dierū, sed quatuor mensiū a die scientiæ, vt dixi supra eodē, in primo not. ex auctoritate Bal. & dēt fieri solutio iusti pretij vēditori, vna cū damnis expensis & interesse, quę passus est, ille venditor propter retardatam venditionē si vendere volens expectauit decennium, alias si res vendita translata fuit in emptorem & venditor habuit pretium, & emptor rem, tunc nullum interesse currit, & sic nullum debetur, & ita intelligatur iste tex. Ex hoc infertur q̃ absens vel impeditus tenetur mittere procuratorem, aliàs currit ei tempus iuris congrui, scilicet quatuor mensium. Sed de isto articulo an absens vel impeditus teneatur mittere procuratorem. vide Spe. in titu. de procu. §. ratione quoque constituentis in fi. & Bar. no. in l. 1. ff. de diuer. & tempo. pręscrip. vbi plenè de ista materia, & plenius in l. 1. per Lud. ff. si quis cau. & in l. item ait, cum l. seq. ff. ex quib. cau. maio. & per Glo. in c. dilectus filius, & in c. querelam, de procu.

SED

SED IVXTA PRÆDICTA QVÆRO
32 † & infero verba Bald. hic, dicit ista constitutio si quis fuerit absens causa reipublicæ vel fuerit pupillus, quod defensores & tutores eorum infra quatuor menses debent pro eis soluere iustum pretium & recipere ius Prothomiseos, quod si non fecerint omne damnum quod illi pupillo vel absenti contigerit eis de proprio resarcient. Constat tamen quòd in ciuitate est quidam pupillus non habens tutorem & propter hoc amisit ius Prothomiseos per 30. dies & quatuor menses elapsos, nunquid pupillus habeat aliquod remedium, dicit Bald. quod illud remedium quod haberet contra tutorem non petentem ius congrui, habet contra iudicem, qui sibi non prouidit de tutore, & propterea passus est damnum; quia non habet ius congrui, per l. 1. §. magistratus, ff. de magi. cõue. & instit. de Attil. tuto. §. sed hoc, quia si hæc constitutio ob minorem ætatem voluisset aliter prouidere, puta de restitutione in integrum, vel aliter, dixisset, non dixit ergo omisit. l. vnica. C. de cadu. toll. circa princip. & hoc est ex dispositione præsentis constitutionis aliàs autem præscriptiones consuetudinis vel statuti nõ current minoribus, vt in d. l. fin. C. in quib. cau. in integr. rest. non est necess. & Bart. in l. si. de min. Alibi dicunt Doc. quòd præscriptio iuris congrui inducta per consuetudinẽ, vel statutum currit minoribus, sed datur rest. in integ. vt in c. constitutus, de rest. in integ. quia dictæ consuetudines vel statuta quo ad tempus iuris congrui ligant etiam minores secundum Bar. in d. l. fin. & Doc. in d. c. constitutus. & l. fine hærede. §. Lucius. ff. de admi. tut. facit quod no. Gl. in cle. 1. de rest. in integr. & quod not. in l. 2. C. si aduer. vend. pig. Conclude ergo ꝙ vbi uendicat sibi locum hæc lex procedit opi. Bald. vbi uero ius congrui seruatur per consuetudinem vel statutum ciuitatis, prout est in ciuitate Neapo. tunc minor restituitur in integrum aduersus tempus petendi ius congrui per prædicta, quod est menti tenendum.

SED iuxta istam legem iterum quæro secundum Bal.
33 † quid in captiuis vel absentibus non habentibus procuratorem in ciuitate pro quibus non est remedium aduersus magistratum. dicit Bald. quòd solitum est quòd quando

res tales venduntur fiat emissio banni, & quia forte aliquis amicus, vel consanguineus vel filius interponet se pro absẽte vel captiuo ad factum suum in talibus oportunum vt ff. ex quib.cau.in pos.ea.l.hoc autem.§ 1.& § penulti.& ff.de priuil.credito.l.pupillus. Sed quid si hoc facto nullus comparet & postea captiuus vel absens causa reipublicæ rediẽs petat reuocari venditionem per ius congrui, quid dicendũ dicit Bal. ꝙ ista lex non comprehendit istum casum, & propterea eis succurritur ꝑ beneficiũ restitutionis in integrũ. per tit.ff & C. quibus ex cau.maio.& per titulum.ff.de capti.quia per eos nõ stetit, eis imputari non debet. Facit qđ dicitur ꝙ non est in mora qui potest se legitima exceptione tueri. vt ff.si cert.peta.l.qđ te alias l.lecta, & ff.de ver. ob.l.si pupillus. Itẽ aduerte quia dicitur hic in tex. ꝙ si tutor vel curator vel procurator fuit negligens in nõ petẽdo ius congrui infra tempus constitũtum, ꝙ si dominus propterea quia nõ habuit ius cõgrui aliquod damnum vel incommodum passus est tutor vel curator, vel procurator tenetur domino constituenti vel pupillo vel adulto ad omne damnum & incõmodũ resarciendum. & ad hoc facit. C.de pericu.tut.l.si res pupilli.& C.arbit.tute.l.quicquid. & ff. manda.l.procuratorem.§.dolo.C.de procu.l.procuratorẽ.
34 Sed iuxta † hoc quæro quid si isti tutores vel procuratores non sunt soluendo. Respondetur ꝙ tunc succurritur eis contra emptores ad petendũ ius congrui lapsu tẽporis non obstante per viam restitutionis in integrum, arg.ff de min. l.cũ mandato, & erit isto casu in electione minoris vel agere contra emptorẽ per viã restitutionis in integrũ uel agere cõtra tutorẽ, vt not.in l.etiam C.si tutor vel curator, in fi. Maior autem debet prius agere contra procuratorẽ, & si ille est pauper inanis est actio l.cum is, ff.de dolo. sed datur restitutio cõtra emptorẽ; no.in c.2.de resti.in integ. Sed illa Gl. loquitur tantum in dolo, sed in negligẽtia, secus est; quia imputatur constituenti ꝙ tali procuratori negligenti commisit negocia sua, vt ff.de dolo.l. cum mandato.

VNDECIMO ET VLTIMO NOTA ex tex.ibi.extraneos emptores, qđ ius congrui cõpetit vicino cõtra emptorẽ rei, nõ antẽ cõpetit contra ipsum venditorem

35 rem, & debet seruari iuris ordo, & † sic patet quod istud ius cõgrui est in rem afficit possessorem, & ideo contra emptores possessores agendũ est, & sic ille qui vult agere iure cõgrui debet dare libellum contra possessorem eundemque emptorem & hoc probat expresse ille text. & firmat etiam do. Sebastia. in prima constitutione de iure congrui super versi. possedit, & super ver. ab emptore. Et ideo libellus in iure congrui ratione vicinitatis sic debet formari. Coram vobis &c. agit. A. contra. D. & contra quamlibet aliam personam pro eo interuenientem, dicens quòd adhuc nõ sunt transacti 30. dies, vel non sunt transacti quatuor menses; vel adhuc non est transactus annus, prout datur in ciuitate Neapolis à die scientiæ ad petẽdum ius cõgrui quod. B. vendidit & tradidit dicto. D. talẽ domũ vel terram sitã in tali loco iuxta rem talem, & talem talem & talem pro certo pretio & in presentiarũ dictus, D. emptor tenet & possidet dictã rem emptã, quæ domus spectat iure cõgrui ad dictũ. A. pro eodẽ pretio secundũ dispositionẽ huius legis, Vel si sumus in ciuitate Neapolis pro eo pretio quo æstimabunt tabularij Neapolitani quare petit ipsam domũ ab eodẽ D. cũ ipse A. sit vicinus & cõiũctus dictæ domui hoc est, quia habet domũ vel fundũ vicinum dictę domus vẽdite quę tenetur & possidetur per dictũ. D. dicto titulo emptionis, vel alio titulo in quo habet locum ius congrui virtute cõstitutionis sancimus vel statuti ciuitatis vel cõsuetudinis, & ipse. A. est paratus & offert in iudicio restituere, tradere, & numerare dicto. D. iustum pretium secundum taxationem & ad pretium inde fiendum per tabullarios vel dictum pretium quo dictus. D. emit pro venditione dicti fundi, & ad prædicta petit se admitti, &c.

36 SED SI PETITVR † IVS CONGRVI iure sanguinis põt sic formari libellus, Coram vobis &c. Agit A. contra. B. quod Titius frater consobrinus ipsius. A vẽdidit & tradidit ipsi. B. quendã fundũ suum pro vncis decem positũ in tali loco iuxta rẽ talẽ & talem qui fundus spectat ad eundẽ. A. actorẽ pro pretio antedicto ex Iure Prothomiseos. Ideo petit ipsum fundũ ab eodẽ. B. secundũ cõstitutionẽ imperialẽ sancimus, cum ipse auctor sit proximior illi.

F 3 B. tum

B.tum iure sanguinis, tum iure vicinitatis in dicto fundo vendito & paratus sit,& sic offert in iudicio restituere, tradere,& numerare dicto.B.dictas vncias decem, pro venditione dicti fundi & ad prædicta petit se admitti,&c.

Et si sunt plures qui habent ius congrui concipiens libellũ in numero plurali vt in præcedenti congrui, dicere si tenet & possidet,& etiam tenetur dicere,quo titulo id est an titulo donationis,vel emptionis, quia conuentus a principio tenetur respõdere ad ea quæ ex parte sui causant actionem actori, vt C.de alie.iudi l.1.& propterea debet respõdere si possidet, Regulariter autem quis titulum nõ debet dicere,vt in l.cogi.C de petitio.hęredita. Sed hoc est verũ nisi titulus pateret,vel daret actionem actori.Nam tunc cõpellitur ipsum titulũ a principio dicere,ut patet in d.l.cogi.2.respon.& in magna Glo.& hoc probatur, nã conuẽtus petitione hæreditatis compellitur dicere titulum,hoc est, an pro possessore, uel pro hærede possidet, quia hoc causat actionem volenti agere petitione hęreditatis,ut ff.de peti. hęre.l.regulariter,sed in casu nostro duo sunt quę ex parte conuenti causant actionem actori, scilicet ꝙ conuentus sit emptor & possessor,ut hic,& ita dicit do. Seba.in d.glo.in uerbo ab emptore. Sed quid si interrogatus dixit mẽdaciũ, de hoc dicam in.§.nisi, ubi de fraude dicetur infra eodem.

37 SED BONVM est hoc scire,ecce quòd † ab emptore euincitur res per sententiam iudicis,quia compellitur pretio recepto restituere uicino rẽ ipsam iure congrui an aget emptor cõtra uenditorẽ de euictione, uidetur quòd sic, quia perdit rem emptam,ut C.de euic.l.nõ dubitatur,& ff.eo.l. sed si exceptio & ff.de contrahen. emptio.l.in uẽdendo.In contrarium tamen est ueritas,quia emptor sciebat uel scire debebat,ut l.quod te, ff.si cer.pet.q̃d uicinus poterat euincere iure congrui unde sibi imputatur;sicut illi qui sciẽter emit.rem alienam uel alteri obligatam non aget de euictione,ut C.de eui.l.si fundum. Item istud ius congrui dirigitur contra emptorem ex iuris permissione,& sic ex sua persona dirigitur contra eum actio, & non ex persona uenditoris;merito non agitur cõtra uenditorem,de euictione.arg. l.si per imprudentiam,cum ibi not.& l.hoc iure,cum l.seq.

& l.si seruum, ff.de euict. Item ista euictio causatur ex contractu ipsius venditionis post ipsum contractum. Sed quando post contractum causatur euictio & sic non est ex antecedente causa non tenetur uenditor de euictione, vt in l.3. ff.de euic. & sic concluditur quòd uenditor non tenetur de euictione quando iure congrui emptor perdit rem, & per ista est expeditus iste secundus. §. nunc sequitur tertius. §. qui incipit. Licet enim supra diximus.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui vicino vel consanguineo non compeiit in sex casibus.*

2 *Donatio propter atrocem iniuriam perditur.*

3 *Ius congrui ex omni verberatione facta per vicinum venditori perditur.*

4 *Ignorantia affinitatis in percussione vtrum excusent ad amissionem iuris congrui.*

5 *Familiæ appellatione qui veniunt.*

Iniuria in foro pœnitentiali remissa an possit trahi in foro iudiciali.

6 *Iniuria nunquid transmittatur ad hæredes iniuriati vt possit filius agere in iure congrui de patris iniuria.*

Hæredes iniuriantis vtrum possit excludi à iure congrui ex delicto defuncti.

7 *Ius congrui locum non habet in alienatione rei per contractum dotalem aut donationis propter nuptias. Et quid de donatione inter viuos.*

8 *Item de donatione causa mortis.* 9.

9 *Emphyteu. nunquid possit donare sine consensu domini.*

10 *Testator nunquid prohibere ius congrui.*

Testamenti appellatione venit codicillus.

11 *Contractus permutationis præcludit vias iuri congrui.*

12 *Permutatio venit appellatione alienationis & ditionis.*

Mulier permutans in melius alienare non dicitur.

13 *Venditio non continetur permutationis nomine nec econtra.*

14 *Permutatio cum refuso pecuniæ nunquid impediat ius congrui.*

15 *Potentiora in dubio attendenda.*

16 *Ius congrui an habeat locum in alienatione necessaria pro datione*

ne in solutum.

17 *Ius congrui nunquid habeat locum interim donec pretio in soluto dominium emptorem non transeat.*

18 *Contrahentes nunquid possunt immutare stipulationem vt non sit vera stipulatio.*

19 *Venditionis natura qualis.*

20 *Dictio quandocunque, non excludit præscriptionem 30. annorum.*

21 *Ius congrui peti an possit non obstante pacto de retrouendendo.*

22 *Contractus non censetur pignoratitius ex pacto de retrouendendo.*

23 *Creditor potest à debitore emere non adempto dominio.*

24 *Pretium vbi non est specificatum quis contractus sit. Et an ibi habeat locum ius Prothomiscos.*

Transactio sub nomine venditionis non comprehenditur.

25 *Prothomiseos ius locum nunquid habeat in diuisione.*

26 *Ius congrui non habet locum in alienatione per laudum.*

27 *Mixta quando comprehendantur sub simplicibus.*

§. TERTIVS.

§. LICET ENIM supradiximus. Primo continuat seipsum quòd non omnibus prædictis competit ius cō
1 grui vel Prothomiseos. † Sed sunt sex casus in quibus vicino vel consanguineo non competit ius congrui. Primus casus est, si ille vicinus vel consanguineus cui competebat ius congrui atroces iniurias vel manus impias ex proposito sibi venditori vel eius familiæ intulerit. nam tunc tali vicino vel consanguineo non competit ius congrui contra emptorem nisi ante venditionem talis iniuria per ipsum venditorem fuit remissa, vel nisi emptor ipse contentatur quòd talis vicinus vel consanguineus admittatur ad ius ꝓthomiseos. Secundus casus est ubi non habet locum ius congrui, si alienatur res ex causa dotis uel donationis propter nuptias. Tertius casus est si res alienatur ex causa dationis inter viuos uel cau. mor. Quartus casus est si res alienatur ex testamento, puta per institutionem hæredis vel legatum. Quintus casus est quod non habet locum ius congrui si res alienatur per contractum permutationis.

Sextus

Sextus casus est vbi non habet locum ius congrui si res alie natur ex causa transactionis aliquo dato uel retento, hoc dicit vsque ad §. nisi quis.

PRIMO NOTA ex textu, quòd propter iniuriam atrocem factam per vicinum venditori perditur ius cōgrui,
2 eodem † modo perditur donatio propter atrocem iniuriam factam donatori per dispositionem.l.fi.C.de reuocan.dona. quæ auté dicatur atrox iniuria,habes inst.de iniu. §.atrox. Quid autem si vicinus dederit venditori grauem iacturam patrimonij sui,dic idem,prout no.in d.l.fin.C.de reuo.do. & quæ dicatur grauis iactura, uide in c.1.de resti.spo.lib.6. & in c.apostolice,in versi.hoc semper,de dona.sed Io.And. in c.fi.de don.dicit quòd hoc est arbitrarium.Quid si intentauit inferre grauem iacturam;sed non habuit effectum.vide in auct.hoc quoque, de reuo.donat. C.& quod habetur in l.si quis,non dicam rapere, C.de episc.& cler. Sed quid si dat pecuniarium damnum, puta si incisit vites uel posuit ignem in domo an propterea perdet ius congrui. Responderunt quòd sic,quia iste tex. expresse vult quòd dans pecuniarium damnum perdat ius congrui, ergo quis a malo vicino debet caueri, quia qui habet malum vicinum, habet malum matutinū, vt dicitur in prouerbijs Salomonis.27.c. & ibi dicitur ꝙ melior est vicinus iustus,quā frater procul, & ad hoc possunt adiungi omnes illæ causæ, propter quas perditur feudum,& no.in c.1.per totum,quæ sit pri.cau.benefi.amit. & in d.l.fi. C.de reuo.do.

3 SECVNDO NOTA ex tex.ibi, † impias manus ꝙ ex omni uerberatione iniuriosè facta per vicinum venditori perditur ius congrui,& de illo uerbo impias manus facit mentionem tex.17.quæst.4.c.si quis suadente.Sed quid si uicinus se defendendo percutit venditorem an perdat ius congrui. Certe non,quia defensio fit iure licito & non iniuriosè,ut l.1.C.unde ui.& l ut vim,cum concor.ff.de iustit. & iure, & hoc tenet Ioan. Andr. in donatorio in dicto cap. fina.de donatio. facit cap.ad aures, & cap. quibusdam,extra de pœnis. Sed quid si nascitur an se defendendo uel offendendo percussit, dic quod quando vnus actus potest se habere ad permissum, & prohibitum, præsumitur potius

fieri

fieri eo modo quo est licitum. l.merito, ff. pro socio, facit quod no.Bar.in l.qui rei postulati.§.1.in fi.de bonis eorum qui sibi mor.consci. & idem Barto. nota. in l.fin.in fi. C.de pet.hære.& quod no.glo.in cap.constitutus,de relig.domi. Nam in his quę sunt de genere permissorum non præsumitur dolus,ut in l.quoties.§.qui dolo,ff.de proba.Item quęritur quid si ipse non percussit; sed ab alio percuti fecerit. Respondetur porro idem dici per regulam qui per aliũm facit per seipsum facere videtur; in regula qui per aliũ in vi. cum concor.ibi allegatis.Sed quid si non percussit cum manu, sed forte cum pede, vel alio modo præter manum; an ammittat ius congrui,hic textum requirit quod cum manu percutiat,quia dicit manus violentas. Sed Docto.in d.c.fin. de don. dicunt idem esse ut excludatur per dictum c.si quis
4 suadente,† Sed an si ignorabat esse coniunctum & illum ꝑcussit. an ignorantia excusat ab emissione iuris congrui. Certe non excusat ista ignorantia,arg.ff.loca. l.si ignorans & extra de sent.excomm.c.si vero,lo 2. & in c.si iudex,eodem titu.lib.6. & hoc uerum puto si ignorantia erat crassa, & supina, argu.in cap.apostolicæ, & quod ibi no.de cle.excom.Sed si ignorantia erat cum causa; tunc quantuncunq; dabat operam rei illicitæ, tamen quia nõ habebat animum offendendi eum tanquam vicinum, & tex.iste requirit animum iniuriandi ex proposito illatum illi vicino,merito nõ ponitur in vicinitate,ut perdat ius congrui sed bene punitur pœna iniuriarum de iure communi. Sed quid si vicinus offendit uenditorẽ incidendo sibi pannos an perdat ius congrui,dicit Bar. quod quando scinduntur uestimenta non dicitur iniuria fieri in corpus, ita dicit ipse in l. sed est quæstionis, ff.de iniur.& in l.hoc autem, ff.de oper.no.nun. & ibi etiam Ludo.& in l.licitatio. §.quod illicite, ff.de publ. merito non perditur ius congrui,quia iste tex.requirit fieri iniuriam in corpus.

TERTIO NOTA ex tex. ibi, vel eius familiæ, ꝙ nedum vicinus perdit ius congrui faciendo iniuriam venditori, sed etiam idem est dicendum si aliquem ex eius fa-
5 milia percusserit. † Qui autem veniunt appellatione familiæ,vide quod legitur, & no.in l.pronunciatio. §. familiæ,

ff. de

ff.de uerb.sig.& in l.testator.§.familię,eo.tit Breuiter con clude quod continentur omnes qui sunt in seruitio, etiam si sunt liberi homines,ut ff.de ędil.edict.l.ędiles,in princ. & ff.de ui & ui arma.l.1.§.familię,& ff.de uerborum signi. l.fi. cum simil.

QVARTO NOTA ꝙ si remissa est iniuria, scilicet, aut tacite uel expresse per ipsum uenditorem uicino, subaudi ante uenditionem, ꝙ non potest obici uicino petenti ius congrui ꝙ facit iniuriam uenditori, quia illa iniuria semel fuit remissa, meritò non potest de ea iterum cõquæri,ut in c.de his,extra de accu.& no.Bar.ī l.senatus,ff.eod. titu.Sed quid si iniuria fuit remissa in foro pęnitentiali,puta coram patre pęnitentię,an postea possit inquietari, iniurians de dicta iniuria in foro iudiciali, uide Bar.in l.nõ solum.§.iniuriarũ,ff.de iniur.& per Bal.in c.1.§.iniuria, de pace iuramen.firman.& in l.si tibi.§.quędam,ff.de pac.Io. And.in addi.Spec.in tit.de instru.edi.in addit. quę incipit hoc uidetur solum,& Bal.in l.1.C.commu.deleg.& Ludo.
6 in l.excusãtur.§.diuus,ff.ad Syllenianũ. Sed quęro † quid si uenditor non fuit conquestus in uita sua de iniuria facta per uicinum:deinde filius iniuriati uendit rẽ, uicinus qui patrem iniuriauerat agit iure congrui contra emptorem,& emptor excipit de iniuria commissa patri illius uenditoris, ille excipit quod illa iniuria fuit remissa ex quo defunctus non fuit conquæstus in uita,& cõsequenter tacite uidetur remissa iniuria, ut not.in d.l.fi.C.de reuoca. dona.an possit agere iure congrui,certe sic,quia si de iniurians nõ fuit inquietatus tempore uitę iniuriati,filius ingiuriati nõ poterit agere de illis iniuria,de quo plenè not.in ca.1.§.porrò,q̃ sit pri.cau.benefi.amit.& pro hoc faciunt multa iura, quæ ad hoc accumulauit pro & contra,Iac.de Ardi.in sum. quib.mod.feud.amit.§.consueuit quęri si uassallus cõmittat culpam &c.Et hoc uerum si ille passus iniuriam habuit commoditatẽ conquęrendi, alioqui potest uicinus inquietari de ipsa iniuria, ut dicit Iac. prædictus in loco prællegato,& Bal.in c.1.§.insuper de prohibi.feu.alie.per Fride. & glo.in l.omnimodo,C.de inoffi test.& Spe.in tit.de feu. §.nunc dicamus,& Iac.de Bel.& Bald.in c.1.in prin.q bus

mod.

mod.feu.amit. Sed quid si moritur iniurias an hæredes eius possunt excludi a iure congrui ex delicto defuncti. Certè sic.arg.l.1.C.ne ex deli.defun. & hoc verum puto si est hæres, alias si non hæres, tunc non nocet, puta si domus erat materna, facit l.si arrogator, ff.de adop.& quod notat Bart. in l.1.ff.de interdi. & releg. & quæ scribuntur per And.in c.1.§.hoc quoque, de succes.feu.

QVINTO NOTA ex textu ibi, causa verò dotis,
7 ꝙ † quando alienatus res per contractum dotalem vel donationis propter nuptias, vicinus non potest agere iure cõgrui cõtra possessorem. Sed quæro an in donatione propter nuptias requiratur traditio dicit gl. & Bal.in l.fi.§ fi.C.de dona. ante nupt. ꝙ non sufficit simplex confessio vel promissio animo donandi & dicit Bald.in l.si constante, eo.tit. quod ista donatio propter nuptias fit respectu dotis, & ad dotis securitatem, quia plus est habere dominium rei sic donatę quàm simplicem hypothecam secundum eum ibi. Item quæro quid si datur fundus in dotem ea ęstimatione quæ facit emptionem, vel similiter detur æstimatus an habeat locum ius congrui, respondeo ꝙ sic, quia tunc dicitur contractus venditionis quasi ꝙ sit res vẽdita & pretium datum vxori, & posteà illud pretium fuit datum in dotem marito, arg.l.singularia, ff.si cer.peta. & tunc res data in doté dicta æstimatione non est dotalis, & potest alienari, vt dicit Bal.in l.in rebus, C.de iure dot. quia nomine pretij intelligitur de venditione, vt est gl.quę solet allegari pro singulari, in l.fi.C.de pręd.curi.lib.10. Sed dominus meus do. Iaco.Caraffa, dabat sociam in l.1 ff.de superfic. quando legit legem ex cõuentione, C.de pac. Et de ista materia quãdo datur fundus ea æstimatione, quæ facit emptionem, & quando vt sciatur valor, & quando simpliciter vide in l.ęstimatis, ff.sol.mat.& Bal.in l.1.C.de iu.do.& in d.l.ex cõuẽtione, facit ad prędicta quod dicit Bal.in l.qui se patris, C. vnde lib. ꝙ si princeps concedat aliquod castrum alicui et si loquatur per verbum indulgemus &c. tamen si ibi est facta mentio pretij potius dicitur cõtractus venditionis quã gratię, allegat legem fundi, & l.fun.C.de princ.agen.in re lib. 11. vide ibi per eum.

SEX-

SEXTO NOTA ex textu ibi,& simplicis donatio
8 nis, † quod quando alienatur res per contractum donationis inter viuos, vicinus non potest petere ius congrui, & hoc iure vtimur. Sed ponamus quòd hodie ego emo domũ & tradita est mihi cras, ego posteà dono alicui per contractum donationis, an vicinus possit agere iure congrui contra possessorem, videtur ꝙ sic, quia semel quæsitum fuit ius vicino contra emptorem, ergo sine eius facto ab eo euellĩ non potuit, vt in regula iuris id quod nostrum. Item certĩ sunt modi quibus tollit vt obligatio, vt in toto titu. Instit. quib.mod. tolli. obliga. sed emptor est obligatus vicino in hoc iure congrui, ergo sine illis modis non potuit liberari. Sed contrarium determinat d.Sebast.in tit.de iure cõgrui, in verbo, possidet, scilicet quod omnino isto casu cessat ius congrui, tam contra emptorem, pro eo quia non possidet, quia istud ius congrui dirigitur contra possess. vt dixi in fi. præcedentis §. quam contra donatarium pro eo, quia non possidet tit.emptionis, sed tit.donationis, vbi non habet locum ius congrui. Nec obstat quòd semel fuit quęsitum ius contra emptorem, quia illa acquisitio durauit quantum durauit eius possessio, & ista conclusio est vera, si antequã res sit effecta litigiosa pro iure congrui fuisset facta donatio, secus si res postquam sit effecta litigiosa donauit, puta post litem contestatam, vt l.3. & in auct.ibi posita, C.de litig.& est vnum capitulum regni, incipiens rei venditione conuentus, & sic no.hunc modum excludendi vicinum à iure congrui. Sed si probatur ꝙ hoc fuisset factum in fraudem, tunc haberet locum ti.quæ in frau.cred. & pręsumeretur tũc facta donatio in fraudem si præuentus a vicino postea donauit, vt ff.de iud.l.si quis postea, vel si fiat clam, vt C.de rescin.ven.l.hi qui. Item post donationem alienator reperiatur possidere, vt ff.qui.mo.pig.vel hyp.sol.l. sicut.§.superuacuum, de quo per Bar.in l.post contractum, ff.de don.vel aliter constaret de fraude, vt dicetur infra in §.sequen.

9 SEPTIMO NOTA ex eodem † text. quod si donatur res per contractum donationis cauf. mort. vicinus non habet ius congrui aduersus illam rem, & idem dicendũ est in legato, & differentias inter legatũ & donatio-

nem

nem cau.mor.vide in §.1. Inst.de dona.per Cy.& Bal.in l. fin.C.de dona.cau.mor.& per scribentes in l.sciendum, de leg. Vbi etiam ponitur in quibus dona.cau.mor. æquiparetur contractui in quibus æquiparatur vltimæ voluntati, vt ibi per eos,& pro decisione ista q in donat.non habet locũ ius cõgrui adducitur tex.in l.1.C.de fund.patri.lib.11.quẽ textum allegat ibi Bal.Sed tu adde tex.in l.fi.C.de prædi. curi.lib.10. Et quod dicitur quod emphyteuta priuati non potest vendere sine consensu domini,sed donare sic,vt not. in l.fi. C.de iure emphy.de quo p Io.And.in c.1.§.donare qualiter olim feu.alie.pot.& per scribentes in l.si dominus. §.si fundus,de leg.1.& per Doct.in c.potuit,extra de locat. & in istis locis, vide alias remissiones: Sic enim dicimus quod prohibita venditione non est prohibita donatio, vt in dicta l.fi. C.de prædi.curi. & no. Cyn.& Bald. in l.voluntas, C.de fideicommiss. & Bald. eleganter in l.2. C.de vsucap.pro empto.

OCTAVO NOTA ex tex.ibi,ex testamento,qđ
10 † si alicui est relicta aliqua res in testamento hoc est per uiam institutionis,vel substitutionis, vel fideicommiss.vel legati, q vicinus nõ habet ius cõgrui per istum tex.qui indefinitè loquitur, & sic indefinite debet intelligi, vt no. in l.sed & si quis.§.quæsitũ,ff.si quis cau.& ff.de acquir.hær. l.si quis mihi bona.§.iussum,facit cap.vt circa,de elect.lib. 6. & hoc procedit etiam si res legata non est in testamento,sed in codicillis. Nam appellatione testamenti venit ét codicillus, vt no.glo. Insti.de codicil.in prin. Sed aduerte quia testator tacitè vel exprẽsse non potest prohibere ius congrui, quia testator non potest facere q leges nõ habeãt locum in suo testamento,l.nemo potest,de leg.1.Sic etiam de cõsuetudine,quæ pro lege seruatur, vt in l.de qbus,de legibus.Nam beneficium concessum a consuetudine auferri non potest à priuatis, vt in auct.de nup. §.si vero,secundum Bal.hic,sed an testamentum & codicillus veniat appellatione instrumentorum.Certè sic, vt not.glo.in l.si idem, C.de codicil.in prima glo. Sed an testamentum, & codicillus veniat appellatione cõtractũ,vide gl.no.in c.cum à nobis extra de testi.& gl.in constitutione regni instrumento-

rum,

rum robur, & tangit etiam Luc.de Pen.in l.mediterraneæ, C.de an.& tribu.lib.10.

NONO NOTA ex text.ibi, permutatione, quòd
11 quando † per contractum permutationis res transfertur in alium, vicinus non potest petere ius congrui, per istum tex. expressum, alias si non esset iste tex. esset dubiũ. An res pro hibita alienari possit permutari, & primò arguitur q̃ sicut habet locum ius congrui in venditione, ita habere debet in permutatione, nam ædilitium edictum dicit emptorem acci pere debemus eum qui pretio emit, vt ff.de ędil.edic.l.sciẽ dũ.§.deinde, & tñ habet locũ in pmutatione, vt in d.l.sciẽ dum.§.si quis permutauerit, & ratio videtur, q̃a in permutatione habetur vterq; loco & venditores, ut ibi dicitur, er go.&c. Secundo quia appellatione venditionis, & alienatio nis etiam permutatio continetur, vt l.statu liberis.§. quintus, ff.de statu li.& ff.ad leg. Fla.de plag. lege Flauia, & ff. de lib.cau.l.rectissime, & l.intantum, & l.uel permutauit, ff.quan.act de pec. est anna.l.1. in auct. de non alie.§.nos igitur, & §.alienationis, C.de rer.permu.l.1. & l.permutatioñe, ff.de do.exce.l.apud.§.si quis autem, & in §.idẽ tractat, & ff.qui.ex cau.in pos.ea.l.vlt.in prin.& C.de pd.mi.no.l.non solum, & ff.de iur.do.l.Titia cum esset, in prin.& ista iura alleg. ad hoc propositum do. Iac. de Ardi.in sum. qui.mo.feu.amit. in §.item prohibetur permutare, de quo non fecit mentionem do.Sebast.in consue.de iure congrui,
12 in versi.emit, Tertio pro hoc facit. Nam licet † permutatio non sit emptio vel venditio, l.naturalis.§.1. de præscr. uel tamẽ ad exemplum actionis ex empto qui permutat euicta re agit ad interesse uel præscriptis uerbis, ut C.de rer.permu.l.1. Quarto facit, quia originarij rustici, & censiti absq; terra uendi non possunt, C.de agr & censi. l.quemadmodum, lib.10. Quærit glo. ibi quod in permutatione, uel in emphyteusim datione, & post multa tenet quod illud idẽ quod statuitur in uenditione, idem dicendum est in permu tatione. Sed in contrarium facit l.3.C.de pred. cur.lib.10. ubi decuriones prohibentur uendere res immobiles coiũ, sed permutare & donare possunt, & eadem ratione dicimus arg. d.l.quod licet regulariter sit prohibita alienatio fundi

dotalis,

dotalis,ut in l.1.C.de fund.do. tamen mulier poterit fundum dotalem permutare. Item potest res dotalis in pecunia commutari, & pecunia in res si hoc sit utile mulieri,ff. de iu.dot.l.ita cõstante,cũ l.seq.ad quod extra de his quę fi.a præla.c.cum apostolica, & de his quæ fi.a mai.par.cap. c.ex parte, ubi dicitur ut meliora prospiciat, nec uidetur alienare mulier quãdo permutat in melius,ad hoc facit,de leg.2.l.in pares.§.fi.l.seq. ff.de adim.leg.l.pater, & q. no. in auct.sed & ꝑmutare,C.de sacrosan eccle. ergo aliud est permutare,aliud est uendere dixit tex.in l.1.ff.de rer.permu.ubi colligitur differentia inter contractum emptionis, & permutationis,& sic uidetur q. non habet locum ius congrui in contractu permutationis. Secundo pro hoc facit qd

33 dicit Bal.in l.1. C.de rer.permu.ubi dicit,scias q.†nomine permutationis non continetur uenditio, nec econtra, ut in l.1.ff.de contra. emp.& in d.l.1.de rer.permu.& ita etiã ꝑ alia uerba concludit do.Sebast.in d.glo.in uer.emit.Tertio facit,quia ecclesiæ possunt inter se permutari,sed non uendi,ut in c.ad quæstiones,de rer.permu.& 15.q.ult.c. meminit, 1.q.1.c.qui studet, & sic similiter dicendum est si in uẽditione habet locum ius congrui, in permutatione non. Quarto facit quod refert Io.And.in addi.Specu.in titu.de emp.& uend.§.nunc dicẽdum,in additione quæ incipit est medium,referendo Gui.de Suza. q. statutum de soluendo solidum pro illa libra rerum uenditarum, non habet locũ in permutatione,arg.l.nec quasi,ff.de rei vend.cum si.allega.per Io.And.ibi,& hoc verum nisi permutatio esset facta in fraudem iuris congrui,& aliquo modo constaret de fraude,secundum eum ibi,idem tenet Bal.in d.l.2.C.de re.per mu.Vnde concludo q. statutum vel consuetudo loquẽs de emptione & venditione contra regulas iuris communis nõ comprehendit permutationem, & sic fraude cessante non habet locum ius congrui, si alienatur res per contractũ permutationis,vel per contractum innominatum. Dicitur autem permutatio vnius rei pro alia præstatio secũdum Az. in sum.C.de rer.permu.in prin. & dicitur fieri vt certa species detur pro alia certa,puta domus ꝑ terra,& sic dẽ simi. C.de rer.permu. l.quoniam asseris, sed si certa pro incerta

vel

vel econuerso erit alius contractus innominatus, vt dicit Azo. in loco præallegato.

14 SED IVXTA hoc quæro, † Quidam permutauit fundum cum quadam alia re, & conuenit inter eos, vt vnus alteri refunderet vltra ipsam rem vnciam vnam. demum cōparet vicinus, & dicit quod ratione prædicti pretij refusi ille cōtractus est contractus venditionis, & non permutationis, qua ex re & pretio emptio & vēditio contrahitur, & sic petit rem permutatam iure Prothomiseos, quæritur quid iuris. Respondet Bal. hic dicens, clarum est talē rem permutatam cum dicto refuso esse permutationem in totum, allegat quod not. Glo. in l. dedi. ff. de cōdi. ob cau. & propterea nō habebit locum iuris congrui, sed Bar. in l. aristo. ff. de donatio. dicit videlicet quod si principaliter emitur res, licet aliqua species detur totum erit, emptio vt l. tepetur. §. 2. ff. de actioni. empti. hinc est quod dicit Bald. in d. l. 2. quod si nō habeo pecuniam pro re emenda, & do tibi fundum qui valet centum, hic est medius contractus inter emptionem & permutationem, & habet locum actio ex empto alleg. Iac. But. ibi, si ergo res detur æstimata signum est venditionis, secundum Bal. ibi. Subdit Bart. in d. l. aristo. quod si principaliter permutatur, licet interueniat refusio pretij in totū erit permutatio, alleg. bonum tex. in d. c. ad quęstiones, de rer. permu. & ibi Ioan. And. In dubio autem si non potest sciri quid principaliter agitur, inspicitur plus sit pretium refusum quàm res permutata, quia si pretium est plus erit emptio, si pretium est minus erit permutatio, secundū Barto. ibi & hoc etiā tenet Bal. in loco extraneo, videlicet in præludijs feu. in secunda char. & alleg. ff. de contrah. emp. l. fundi partē & de act. emp. l. si sterilis. §. si tibi, & pro hoc facit

15 † quia in dubio debemus attēdere id quod magis est & potentius, vt l. quęritur. ff. de sta. hom. Sed si res est valoris pro medietate, & pretium refusum pro alia medietate tunc erit contractus venditionis, quia in obscuris debemus accipere benigniorem partem, vt in regula, in obscuris de reg. iur. & hoc etiam tenuit Bald. in loco præalleg. Sed Lud. in d. l. Aristo. dicit hoc vltimum esse falsum, quia in dubio debemus dicere ipsum esse cōtractū permutationis per

l.1.ff.de exerc.ipsum esse. Sed inquãtum Lud.dicit quod si quidem partes verbo permutationis vtuntur, erit permutatio. Si autem verbo emptionis erit emptio, quia in iudicando contractum inspicimus principaliter verba contrahentius.l.qui falsum. ff.de don. & in dicta l. tenet ita, adde quod contrarium tenuit Bal.in d.l.2.C.de re.permu. vbi dicit quod si notarius permutationem vocauit venditionem vel econtra, dicit ipsi quod statur naturæ rei, seu actus, & non verbis notarij, quia non attenditur nomen contractus, sed substantia, & secundum id iudicatur, vt ff. de præscri.ver.l. insulam, cum si facit quod dicit Bald.in cõsil.32.incip. domina Ioanna Pisana ciuis, vbi dicit quod non debemus respicere corticem verborum, sed medullam, allegat.1.quæstio.1.Marchion. vbi dicit nec putemus in verbis scripturarum esse euangelium, sed in sensu.

26 SED iuxta prædicta quæro, Pone † quod aliquis recepit mutuum bona fide, & obligauit omnia bona sua, deinde non soluit in tempore, conuenitur debitor hypothecaria super quadam domo ipsius, & tandem domus illa datur insolutum, & pro soluto, pro illo debito autoritate iudiciaria, prout not.in l.1. C.de iure domi.impe. an in ista alienatione necessaria pro datione insolutum habeat locum ius congrui, videtur quod sic, quia ille creditor videtur quodammodo rem emere. vt C.de euict.l.si prædium, sicut qui recipit litis æstimationem videtur vẽdere.ff.de vsuc. pro emp. l.litis, & ff.quibus ex cau.in pos.ea.l. fina. In contrarium facit quia prohibitus alienare potest dare insolutum creditori, vt dicebat d.And.Barba.in rub.de rebus eccl.nõ alie. in secunda limitatione, alleg.ad hoc l.alienationis.ff.fami. ercisc.& quod ibi not domi. Flo.de sancto Petro, & alleg. etiam Alber.de Rosa.in secunda parte statutorum, in secunda quæstio. Sed vltra eum adde pro hoc fac re, quia licet regulariter aliud pro alio inuito creditore solui non possit, vt habetur in l.2.ff.si cer.pet.tamen per iudicem potest dari insolutum res pro re. Ita tenet Bald.in d.l.1.C.de rerum permu. versicu. sed nunquid per iudicem. Item necessitate ductus videtur insolutum dedisse. ff.de adimen.lega.l.rẽ legatam. Item quia titulus pro soluto est prorsus diuersus

& alius

& alius quàm sit ius vel titulus pro emptore, vt ff. pro solu. l.1.& ff. pro emptore.l.2. Vnde conclude auctoritate domini Sebast. in loco præallegato, & Specu. propriè in quæstio. nostra, in titu. de empt. & vend. § nunc dicendum, versi. sed pone statutum est, quod propter vocabulorum diuersitatē statutum loquens de emptione non comprehendit in dationem insolutum, argum. l. si idē, C. de codi. & extra de deci. cap. ad audientiam, & sic patet quod in datione insolutum non habet locum ius congrui, & ita practicatur, nisi probaretur quod datio in solutum fuisset facta in fraudem. Nam fraus semper intelligitur excepta, vt in cap. 1. in princip. qualiter olim feu. alie. pot. Et de ista fraude dicetur in §. sequen. Et idem dicendum est, quod non habeat locum ius congrui si aliquis moratur in possessione, ex primo, uel ex secundo decreto, vel ex causa legati, vel ex alia causa, quia requiritur verus titulus emptionis, vt habeat locum ius congrui, secundum do. Sebast. in alleg. loco.

17 SED QVÆRO † de quadam vtili quæstione, Quidam vendidit domum cum pacto, vt non transeat dominiū in emptorem, nisi quousque sit solutum pretium, an interim vicinus possit domum petere iure congrui, videtur ꝙ sic, quia licet tex. in l. cum manusata. §. nemo, ff. de contr. emptio. dicat ꝙ per dictum pactum desinit esse vēditio, & trāsit in alium contractum, scilicet pignoratitium vel commodatum. &c. vt dicit Glos. tamen hoc verum intellige quando istud vltimum pactum potest transfundere pręcedentē contractum in aliquem ualidum contractum validum. Sed quando per hoc pactum annullatur primus contractus, nec fit transfusio in alium, tunc annullatur pactum, & remanet primus contractus, & ita concludit Paul. de Cast. in consil. suis in consilio quod nō vidi, sed audiui a magnifico & clarissimo Docto. do. Ioan. de Bap. de Bētiuolijs dignissimo, in præsentiarum Regis consiliario qui hanc causam habuit de facto, vbi dixit Paulum ibi dixisse ꝙ si fiat donatio causa mor. vxori bonorum præsentium, & futurorum cum iuramēto & pacto ꝙ non possit reuocari donatio ꝙ illud pactū facit illam donationem cau. mor. conuerti in donationem inter viuos, & tamen in hoc casu si hoc fieret, donatio rema

 neret

neret nulla quia tolleret liberam testamenti factionem, & sic pactum est nullũ, & remanet donatio can. mo. Sic in casu isto de quo quæritur non potest resultare aliquis cõtractus validus remanente dicto pacto, merito contractus erit
18 perfectus, vt vicinus possit petere ius cõgrui. † Facit ad hoc quod voluit Ang. in quodam suo consi. 2. ad illud propositum de venditione facta pacto apposito q; non transeat dominium, & quod no. idem Ang. in l. iurisgentium. §. sed cũ nuda, ff. de pac. Vbi dicit q; contrahentes non possunt facere q; vera stipulatio non sit stipulatio, licet possint facere q; habeat effectum nudi pacti. & sic nõ possunt facere q; vera emptio non sit emptio. licet possint aliquid diminuere de eius effectu, & sic patet q; isto casu habebit locũ ius cõgrui. Sed contra prędicta facit dictum Bald. in rub C. de cõtrah. empt. vbi dicit expresse q; valet illud pactum q; dominium non transferatur, quousq; pretium non soluatur, imo plus secundum Baldum ibi, quòd etiam si ex venditione translatum esset dominium potest venditor sibi præseruare manus iniectionem si pretium non soluatur uel pacta non seruentur, vt ff. de seru. expor. l. Titius, Sed aduerte quia idem Regius consiliarius subtiliter respondebat quod istud dictum Bald. non habet locum quando vendita esset res, & de pretio esset habita fides, & postea esset appositum pactum q; dominium non transiret, nisi pretio soluto, & quod hoc sit verum dicebat ipse. Nam Bald. in dicta rub. arguit primo q; tale pactum non valeat, quia ista traditio non habet intellectum quem sapit iste contractus, vt in d. l. cum manusata, & postea concludit contrarium, dicendo quod illud pactũ
19 est naturale, vt inst. de re. diui. §. venditę, † quia est de natura venditionis, vt non transferatur dominium nisi pretio soluto. ergo valet. Si ergo dictum pactum non esset naturale, sed contra naturam Bald. non diceret illud valere, sed diceret non valere. vnde quandò habita est fides de pretio transit dominium, vt in d. § venditę, merito istud pactum quòd non transeat dominium, vbi habita est fides de pretio non est naturale, sed contra naturam, & sic potius illud dictum Bal. reuoluto mantello, facit pro & contra.

PRÆTEREA DICEBAT IDEM consiliarius

liarius etiam si dominium non esset translatum venditio etiam remaneret perfecta, quo ad alios effectus; videlicet quo ad ius congrui quod competit vicino, hoc apparet per dictum Bald.in d.l ub. C.de contrah.emp.vbi dicit pone ꝙ facta est venditio vni sine solutione pretij, & sine fide habita de pretio, & cum constitutione precarij, quo casu non est dubium quòd dominium non est translatum, postea fit venditio alteri cum vera & naturali possessione quis erit potior dicit Bal.quod respectu rei venditę erit potior secũdus in agendo rei vẽditione respectu publicanę erit potior primus, vt i l de pretio, ff.de public. Ecce ergo ꝙ dominiũ non erat translatum, & tamen venditio consideratur respectu aliorum effectum, & sic videtur tenere idem docto. quòd vendita domo, licet non sit translatum dominium, dum tamen possideat emptor, vicinus habet ius congrui, alias esset aperta via fraudibus. Nam qui vellet fraudere vicinum iure congrui emeret cum dicto pacto, & secreto, postea solueret pretium; & sic nunquam vicinus haberet ius congrui, quod non est confitendum: cum semper fraudibus sit resistendum, ne aliquibus fraudes prosint, vt. C. qui mil. non pos. l. 2. & fraudes damnum alteri afferant, vt.ff. ad Treb. l. senatus, cum multum fraudes conditori legum displiceant, vt.C. de repu.l. tertia. Item quæro de
20 alia quæstione, † Pone quòd aliquis emit domum cum pacto de retrouendendo intra certum tempus, vel quandocunque, quod intelligitur vsque ad 30. ann. vt consuluit Ange.in consi. 55. inci. Guilielmus & Francischus, quia dictio quandocunque, non excludit præscriptionem, 30.anno. vt dicit Glos.in cap. primo, de feu.da. in vi. legis cõmis. not.Bald.in l.quod si nolit § si quis ita.ff.de ædil.edi. Bal. in auct. quas actiones.C.de sacrosan.eccl.& not.Ludou.in l. 1.ff.de vsucap.& Bald.in cap.primo §.fin.de capi.corra.& Moder.in l.nemo potest, de leg.1.An donec nõ venerit tẽpus reuendendi possit vicinus perere ius cõgrui, & habere illam commoditatem, quam habet ille emptor, videtur ꝙ non quia tempus quo cedit inspicitur, vt in l.non intelligitur §.quando autem, ff. de iure fisci, & hanc l. ad præsentem propositum alleg. Bart. in consil. suo 28 incip. Ce-

chus de Spoleto habens vnum filium spurium, in fin. Item quia dispositio testamenti non dicitur fieri in vita sed post mortem, vt no. in l. 1. cum Glos. sua C. de testa. tutel. Item quia omnis dispositio iudicatur secundum tempus in quo iudicatur effectus, vt C. de don. ante nup. l. quod sponsæ, & in l. in fuga. ff. ad leg. flaui. de plagi. & hæc iura allegat Bart. ad hoc propositum in consi. 99. incip. Pater filio suo emancipato, circa medium, & sic talis vēditio iudicari debet secū dum tempus in quo perficitur, & consequenter donec non sit transactum tempus, non habet locum ius congrui. In contrarium tamen determinatur ꝙ aut iste cōtractus est factus in fraudem vsurarum, & sic erat simulatus, & de simulatio-
21 ne constat, & tunc non habet locum ius congrui † quia contractus est pignoratitius, ut in l. emptione. C. plus ual. quod agitur, & facit l. 2. ff. pro emp. Aut de simulatione nihil constat, & tunc habet locum ius congrui in venditione facta cum pacto de retrouendendo, quia venditio pura est, licet sub conditione quadam possit resolui, sicut in pacto adiectionis in diem, ut ff. de indi. adiec. l. 2. & in pacto legis commissoriæ. vt ff. de leg. commisso. l. 1. Item istud pactum nō potuit præiudicare vicino, quia res inter alios acta, &c. Itē quia si venditor postea rem emerit ab illo emptore virtute pacti, tenebitur uicino iure congrui, licet prima venditio resoluatur per secundam, cum certum est primam fuisse perfectam, & propterea vicino competijsset ius congrui, quod non potuit sibi auferri expresse contrahendo. nā quis nō posset emere sub pacto quod vicinus non habeat ius congrui, multofortius nō potest tacite vicinum excludere, arg. l. cum quid, ff. si certum peta. Nam pactum de reuendendo non facit suspendere effectum contractus emptionis & venditionis, nec facit contractum simulatum immò de se licitum est, ut l. 2. C. de pac. int. uē. & emp. & ibi hoc no. Doct. & no. Ang. in l. ad officium, in fine. C. commu. diui. & Doct. in capit. illo vos, de pig. & in cap. ad nostram, de emptio. & vend. & ita reperio concludere in effectu dominum Seb. in d. gl. in verbo, emit. Facit quod no. Bal. in c. 1. in prin. de
22 feu. dato in vicem l. commissor. vbi dicit ꝙ † ex pacto de reuendendo non censetur contractus feneratitius, quia lex

vel

vel decretum hoc dicit, immo est pars pretij, quia minus ualet res cum isto pacto, quam sine, ut dicit domi. Abb. in cap. cum in aliquibus, de elect. & Barb. in d. capit. ad nostram. Sed an si sit uendita sub conditione casuali habeat locum ius congrui, dicitur quod non, quia non transfertur dominium, secundum Barto. in l. si is qui pro emptore 4. q. principali, ff. de usuca. facit l. cedere diem, ff. de verbo. significat. Item quia res non censetur alienata tempore celebrati contractus, sed tempore quo contractus sumit vires, argumen. ff. de leg. 3. l. pater filium. §. fundum. ff. de seruit. rustic. præd. l. fundum; & ita etiam tenet do. Sebastia. in dicta Glos. in verbo, emit. Idem si fiat sub modo, ut not. in l. cas. ff. de conditio. & demonstratio. Quia parificantur modus & conditio, ut dicit Gloss. in rub. C. de his quæ sub modo, & ff. loca. l. insula. §. fi. q iura allegat And. quæ sit prima cau. benefi. amit. & in cap. 1. in §. item qui. de non iure colum. 5.

23 SED QVÆRO † creditor habet domum debitoris obligatam pro debito. Iste debitor emit domum hanc a creditore qui nondum habuit dominium; an habeat locum ius congrui, uidetur quod sic, quia debitor potest emere a creditore non adempto dominio, ut dicit Cyn. in l. prima, C. si seruus exte. Sed hoc non est uerum, quia potius est liberatio pignoris quam emptio, ut dicit not. Bald. ibi, & consequenter non habet locum ius congrui; etiam si instrumentum dicat quod uendidit, quia ubi opus est facto uerba non sufficiunt, ut dicit Bald. in præludijs feu. Item quia considerare debemus effectum, & non verba, ut dixi supra 9. notab. in quæst. de refu o. Sed iterum q̃ritur, pone quod quidam uendidit domum iusto pretio, prout declarabit Titius iuxta l. fina. C. de contrahen. emptio. & antequam declaret Titius est mortuus, an vicinus habeat ius congrui videtur quod sic, quia valet venditio pro decem, & quanti plus valet, ut in l. hæc venditio. §. fin. ff. de contrahen. emptio. Sed ista lex parum facit, quia pretium erat certum ibi, ideo determinatur contrarium, scilicet quod iste contractus non est contractus emptionis, sed est innominatus, ex quo oritur actio præscriptis uerbis, &

consequenter non habet locum ius congrui pro hoc allego Bal. in l. contractus. C. de fid. inst. vbi dicit q ita dicit Azo. fons legũ, & vas electionis in summa insti. loca. & alibi hoc dictum non reperitur secundũ eum, quia pretiũ non est spe cifice declaratum, ergo non est vẽditio, ut in §. pretiũ, inst. de emp. & vend. & l. fi. C. de contr. emp. & resoluitur in cõtractum innominatũ hoc modo, do tibi rem hanc, vt pretiũ eius iustum mihi des, & sic cõtra eũ, cui res data est agitur ad illud actione præscriptis verbis, vt dicunt Azo. & Bal. & ita etiam reperio tenere Ludo. in l. sciendum, in 3. charta, de verb. oblig. sed ipse multum miratur de Bald. cum non allegauit ad præsens propositum, Glo. singularem in l. si vt certo. §. nũc videndum, in ver. locato. ff. commoda. tex. not. in l. si tibi polliẽda. ff. de præscr. verb. & insti. loca. §. & quę
14 supra diximus, versi. qua de causa, vbi deciditur quod † si res sit locata ea mercede, quæ postmodum inter contrahentes iusta fuerit declarata, iste contractus nõ erit locatio, sed erit contractus innominatus facio vt des, & ideo ad pretiũ declarandum agetur præscriptis verbis, & consequenter nõ habebit locum ius congrui. Sed quid si testator damnauit hæredem uendere iusto pretio, & emptor obtulit iustũ pretium, & heres noluit recipere an sit perfecta uenditio, & an sit translatum dominium; uide per Cy. in l. 1. C. de leg. in 8. q. & Bart. in l. vxori, in §. agri, ff. de lega. 3. & de lega. 1. l. si fideiussor. §. meminisse.

DECIMO nota ex tex. ibi, ex transactione, q si litigantes de re stabili transigunt inter se, & per transactionem uni ex litigantibus res ipsa uenit, uicinus non habet ius cõgrui, ex quo infertur, q sub nomine uenditionis non cõprehenditur transactio. Sicut in simili dicimus q licet feu. nõ possit alienari sine consensu domini tamẽ de eo potest fieri transactio, ut in c. si uasallus, de suo feud. si de feu. fue. contro. & in c. 1. de controuer. inter uasallum, & aliũ de beneficio, & in Spec. in ti. de arbi. §. restat, uersi. sed nũquid uasallus. Fallit in isto regno per cõstitutionem Diuæ memorię. Sed an in compensatione locum habeat ius congrui, dic quod aut præcedit aliquis contractus in quo habuit locum ius congrui, & in partem pretij uult debitum compensare,

& tunc

& tunc habet locum ius congrui, ut in l.intantum, ff.de lib.cau. Aut nullus contractus præcessit, tunc non habet ius congrui, quia compensare est donare, ut in l.Iulianus, ff.de cond.& demon.& no.Doct.in l.si fundum. § Titio fundum de leg.1.facit.l.dedisse, ff.de uerb.sign. Sed dubitatur quid
25 in diuisione, † si per diuisionem uni uenit in parte una domus, an habeat locum ius congrui, uidetur quod sic, quia diuisio uicem emptionis continet, ut C.com. utriusque iud.in l. diuisionem, & ff.commu.diui.l.7.§.1. Nam & qui prohibetur alienare prohibetur, etiam communi diuidundo agere, ut ff.de castr.pec.l.ex castrensi. Dicunt aliqui quod eo prouocante est alienatio, secus si socius prouocat, ar.C.de fun.do.l.2.& ff.de iu.do.l.cū in fundo. §.si fundus. C.de pred. mi. l.inter omnes. Illud non est uerum, quia regulariter nemo cogitur stare in communione, l.fi. in fin. C.de litig. & ff.de condi.ind.l.si nō sortem.§.si centum, & C.de sac.san.eccl. l.iubemus nulli, in respon. Item quando per diuisionem aliquid obuenit alicui dicitur libere partem suam quam primo in communi possidebat, iuxta no.in l.2.ff.com. pred. & sic diuisio non est alienatio, quod patet quia feuda nō possunt alienari, sed diuidi sic nisi sit feudum marchię uel ducatus ut in l.Imperialem. §.præterea ducatus, de prohib. feu.alie. per Fride. facit l.1.§.1. ff.de reb.eorum, & ff.de peti.hęred.l.sed & si leg.§.pe.
26 SED rursus quæro, † Quid si alienaretur res alicui per laudum, puta, quia laudum dicit, quod talis compellatur ad uendendum tali, an uicinus possit petere ius congrui, si uenditur per laudum, de ista materia Lud. consuluit in consilio suo 400.incip.circa id quod quæritur, & concludit quod non habet locum ius congrui, quia ista lex intelligitur de alienatione uoluntaria non necessaria, ut not.in l.si pater, de lega.3.& in l.peto §.prędium, de legā.secūdo, & in leg. filius quidam, §.diui, de leg.1.& ff.de adm.tut.l.quidam.§. usque, l.alienationes, ff.fa.erc. l.diuus, ff.de pet. he. & no. And.in c.si uasallus, si de feu.fue.contro.& Ludo.allegat rationes in dicto suo consilio, ut ibi per eum. Vndecimo ultimo no.ex tex.ibi, & parentes, quod nō solum uicinus exclusus est a iure congrui in casibus prædictis, sed etiam omnes parentes

rentes & consanguinei, unde etiam statutum excludens vicinos à iure congrui, intelligitur etiam excludere parentes, quia ubi est eadem ratio idem ius statuti debet, l. illud cum concor. ff. ad leg. Aquil. Sed an etiam intelligitur exclusus ille, qui est vicinus & consanguineus, videtur q non quia habet iura duplicata, & statutum loquens de simplici non comprehendit mixtum, ut l. vim passam. §. præscriptionem, iuncta l. mariti. §. hoc quinquennium, ff. de adult. Sed
27 hoc procedit in odiosis, Sed in materia fauorabili, † sub simplicibus continentur, mixta l. 2. in princ. ff. de uerb. oblig. & sic statutum prohibens uicinos, uel consanguineos, in certis casibus a iure congrui est fauorabile, quia reducitur ad dispositionem, l. dudum, C. de contrah. empt. & consequenter comprehendit vicinum consanguineum; Et de ista materia an sub simplicibus cõtineantur mixta plenè per scribentes in d. l. 2. & in l. si ita scriptum, ff de lib. & posthu. & in l. seruis urbanis, in fi. ff. de leg. 3. & pro ista decisione adduco quia quando actus consistit ex duabus causis simul iunctis a postremo actu, in quo est perfectio formæ, sumit exordium, vt ff. qui pot. in pig. hab. l. qui potior, ff. ad Trebel. l. si quis priorem, uerba sunt Bal. in l. si qua mulier, in fi. C. ad Velle. Sed certum est quòd consanguineus secundum istam legem non habet ius congrui, nisi sit coniunctus, ut dicit iste tex. in §. 1. ibi, parentes qui sunt coniuncti, ut patet etiam in §. pe. & sic à uicinitate sumit exordium ius congrui, & consequenter excluditur isto casu vicinus & consanguineus sicut excluditur vicinus non consanguineus; & his attentis iste §. habuit debitum suum.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui locum habet in contractibus dolosis vbi alias locum non habebat; & qui sint illi contractus, & quomodo probentur.* 3.
2 *Pœna contrahentium in fraudem iuris congrui quæ sit.*
3 *Contractus in fraudem iuris congrui, quomodo soleant fieri.*
4 *Fraus eneruat quod sequitur ex ea.*
[*Simulatio contractus quid sit, & qualiter probari possit.* 8. 10.

Pro-

Emptor

22 *Emptor contra legem mercatus quomodo puniatur.*

23 *Lex imponens pœnam, & non dicens cui applicetur, fisci est.*

Pœnæ quæ applicantur fisco pro delictis, censentur ius regium.

24 *Fiscus non tollit ius vicini per publicationem bonorum in iure congrui.*

Clausula salvo iure cuiuscunque in omni concessione videtur apposita.

25 *Fiscus succedens bonis ex aliquo delicto habetur loco hæredis.*

26 *Fiscus re euicta non tenetur nisi ad simplum, etiam si expresse sit promissa euictio vltra simplum.*

27 *Periurium aggrauat mendacium.*

28 *Contractus simulatus factus in fraudem iuris congrui, an sit nullus vel annullandus.*

29 *Probatio qualis requiratur in iure congrui, vbi venditor fatetur simulationem, emptor vero non.*

30 *Iuramentum semiplene probantis, non defertur in pœnis inferendis.*

§. QVARTVS.

§. NISI QVIS Diuiditur in tres partes. In prima parte dicit quòd in quantum dictum est in §. præcedẽti,
1 q in certis contractibus non habet locum ius congrui, †hoc verum si illi contractus fiant bona fide & sine fraude. Sed si fiant in fraudem iuris congrui, puta contrahentes volentes fraudare vicinum iure congrui, faciunt contractum donationis, uel alium contractum, in quo non habet locum ius congrui, & in veritate inter eos agebatur de vendendo, isto casu habet locum ius cõgrui quia fraus semper intelligitur excepta, & ista prima pars durat vsque ibi, ideo illi, hæc est secunda pars, †vbi dicitur qualiter poterit probari fraus, videlicet, quod contractus in quo non habet locum ius congrui, fuit celebratus in fraudem emptionis & venditionis, & sic in fraudem iuris congrui, & dicitur in litera quod vicinus poterit iudicis auctoritate exigere iuramentum à venditore & ab emptore, si eorum intentio fuit emere, & vendere, vel permutare, vel facere contractum, in quo non cadit ius congrui, & si cõtractus ille fuit fraudulenter factus,

vel

vel simulatus, & si per eorum iuramentum constabit de fraude, vel simulatione, habebit locum ius congrui in donatione, vel alio contractu, & si per eorum iuramentum nihil constat de fraude, nec aliter per probationes de fraude constare poterit, tunc vicinus exclusus est a iure congrui, quia deficit sibi probatio fraudis, & actore non probante reus absoluitur, & hæc secunda pars durat vsque ibi, si autem post iuramentum, & hic est tertia pars vbi dicitur qua pœna puniuntur cōtrahentes si postquam iurauerunt quod contractus factus in quo non habet locum ius congrui, fuit factus sine fraude, & sine simulatione, vicinus probauit de fraude, vel simulatione, & sic illum contractum fuisse factum in fraudem iuris congrui, & dicitur quòd primò ponitur pœna periurij, secundo punitur venditor & emptor, quia venditor amittit rem, & emptor amittit pretium, & res, & pretium applicantur fisco, & postea fiscus tenetur vendere illis

2 quibus competit ius congrui. Sed iuxta † hoc dubitatur qua pœna punientur contrahentes, si antequam exactum fuit iuramentum ab ipsis contrahentibus, fuit probatum cōtractum fuisse factum in fraudem iuris congrui? & dicitur in litera, quòd puniantur ista pęna, videlicet, quòd tenetur ille emptor vendere minus iusto pretio non vltra dimidiam iusti pretij, sed arbitrio iudicis, infra dimidiam iusti pretij rem illam illis quibus competebat ius congrui, hoc dicit vsque ad §. prohibemus.

PRIMO NOTA ex textu, quòd quando in fraudem iuris congrui fit contractus donationis, vel dationis in solutum, vel permutationis, vel alterius contractus in quo non habet locum ius congrui, quòd nihilominus per fraudem vel simulationem adhibitam inter contrahentes habet vicinus ius congrui, vt hic, quia in omni dispositione fraus semper intelligitur excepta, vt in l. creditor. §. Lucius, ff. man. & in l. si pater, ff. de priui. cre. & in c. 1. qualiter olim feu. alie. pot. & in l. Imperialem. §. calidis, de prohi. feu. aliena. per Fede.

3 SECVNDO NOTA † ex text. quòd illud quod fit in fraudem non valet præiudicium illius cuius fit fraus. vt hic, & in l. 2. in princip. ff. de iure fisci, & ff. de doli exce.

apud.

apud.§.fi.quis,& ff.de calum.l.1.in prin.& C.manda.l.vlt.§.sed & si quis,& C.de pe.bono.subl.l.1.li.10.& C.de fun. patri. l.fi. lib.10. & de prædi. curi.eo.lib. ff.qui ex cau. in pos.ea.l.fi.& in d.§.calidis.

TERTIO NOTA ex text.ibi,simulatè donauerit, quòd illi qui volunt fraudare vicinos iure congrui faciunt cantare instrumentum in forma donationis, in quo contractu non habet locum ius congrui,& posteà occultè soluunt pretium,arg.d.l.fina.§.sed & si quis, C.mand.autẽ occultè susceperit,& sic fit fraus de contractu ad contractum, iuxta not.in c.quanto,de priuil.& in l.fraus,ff.de legi. & in regu. la cèrtum,in vi.Sicut dicitur in vxore quę non potest donare viro per titulum,ff.de dona.inter vi.& vxo.si vendit rem marito & confitetur pretium recepisse non valet venditio, vt ff.de dona.inter vir.& vxo.l.si sponsus, quia est simulata per titulum,C.plus vale,quod agitur, sic in casu nostro nõ valet donatio in præiudicium vicini, quia est facta in fraudem iuris congrui, vt hic, & sic vicinus poterit habere ius congrui, sicut si venditio facta esset, & idem si fieret fraus de contractu venditionis ad alios contractus in quibus non
4 haberet locum ius congrui, † quia si quid fiat in fraudem non valet quod sequitur ex eo, vel ob id, vt l.non dubium C.de legi.& not.Host. in sum. de emptione & venditione, §.qualiter rescin.ver.illud autem, Quid autem sit simulatio no.Bal.in l.si ex pretio, C.si cer.pet.& quoniam materia simulationis est dispersa in iure, & de hoc reperiuntur multi tractatus, & multa consilia diuersorum Doctorum, & ego istam materiam plenè examinaui per plures chartas sunt circa tres anni.in c.1.de feu.da.in vicem leg. commis. de vsib.feu.ideo eam omitto, maximè cum hic nõ sit in materia sua, nec conuenit materiam vnius loci trahere ad aliũ locum extra propositum,arg.§.fi.Inst.de iure perso.sed tantum hic dicam in sequenti notabili ea quæ faciunt ad præsentem materiam.

QVARTO NOTA ex tex.modum probandi contractum fuisse factum in fraudem iuris congrui, uidelicet, ꝙ vicinus possit exigere iuramentum a venditore, & emptore,videlicet,an contractus donationis, uel dationis in solu-

solutum, vel permutationis, & similium fuit in fraudem iuris congrui & simulatè conceptus, & ipsi iurauerint timentes eorum conscientiam, & periurium ꝙ in veritate inter eos agebatur de vendendo, sed vt fraudarent vicinum iure congrui fecerunt contractum donationis &c. certè probata
5 est fraus, quia nulla † melior probatio quam partis aduersæ confessio, vt in l. qui de inofficioso, in fi. ff. de inoffi. test. & c. quoniam per confessionem, de priui. & alibi dicitur, ꝙ tantum valet probare per confessionem, quantum per testē, vt in d. l. qui de inofficioso & ff. solu. mat. l. Titia, & C. de in ius voc. l. 2. in fi. & C. de transa. l. cum te, & l. si de possessione, & no. And. in c. 1. in fi. de mil. vas. qui contu. est, & in c. 1. qui testes sint neces. immo quādo confitetur nō sunt necessarij testes, secundum And. vbi supra, & patet Matth. 14. & 25. cap. ibi, quid adhuc egemus testibus, pro quo est tex. C. de dona. l. illam, ibi, quid opus est testibus, &c. vnde si pars confitetur aliquo modo ꝙ volebat emere vel se examinando tanquam principalem, vt solet sæpius contingere, dicit ꝙ se refert ad instrumentum venditionis, & instrumentum cantat de donatione, vel de datione insolutum, & sic appellat donationem vel dationem insolutum venditionem certè probata est intentio vicini, quia loquela sua manifestum se facit, dicit Bal. in consilio schismatis posito in rub. C. si quis aliquem testa. prohi. & in l. tres denuntia-
6 tiones, C. quo. & quan. iudex. † Nullum enim est manifestius testimonium quàm qualitas inspecta verborum secundum Cassiod. quem refert Bal. in l. ad cognoscendas, C. de inge. manu. Sed quid de confessione facta parte absente, puta quia contrahentes extra iudicium parte absente confessi fuerunt contractum fuisse factum in fraudem iuris congrui an talis confessio probet contractum simulatum, certè sic, quia talis confessio licet non sufficiat ad obligationem inducendam, sufficit tamen ad probationem faciēdam, vt no. Cy. in l. ne quicquam. §. vbi decretum, ff. de offic. procon. & in l. generaliter, C. de non num. pecu. per l. publia. §. fi. ff. de posi. & no. glo. in l. cum de indebito. §. fi. ff de proba. Item sufficit etiam ad liberādum, vt in c. ex parte, de confes. & in l. tale pactum, in prin. ff. de pac. & in l. si confessus, ff. de custo.

ſto reo. & in d. l. generaliter, & in d. l. 1. §. ſi q̃s abſentis, de confeſ. & in l. non ſolum. §. liberationis verbo, ff. de lib. leg. & Bar. cõſuluit in conſi. ſuo incip. in Dei nomine amen, in primis eſt vidẽdum an cõfeſſio facta parte abſente, de quo per Lud. in l. nuda ratio, ff. de don. Item confeſſio facta parte abſente eſt valida quando tendit ad declarationem actus qui erat ambiguus, ſecundum Bar. in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3. Item ex his quæ quis dicit extra iudicium parte abſente inducitur vera probatio cauſa ſui, vt dicit gl. in l. Fulcinius. §. quod autẽ, ff. qui. ex ca. in poſ. ea. licet gloſ. illa nihil alleget, tamen Bart. ibi eam expreſſe approbat per l. quæro. §. fi. ff. de ędil. edict. facit ad hoc gloſ.
7 in c. quanquam, ſuper verſic. idoneæ, de vſur. lib. 6. † vbi ſi teſtator mandat vſuras reſtitui, ꝙ ex ipſa confeſſione parte abſente poteſt conueniri, etiam reuocato teſtamẽto, & hoc eſt ſpeciale in odium vſurarum, regulariter tamen contra, vt not. Bar. in l. Lucius. § quiſquis, de leg. 2. ſed pro hoc facit glo. in §. aliæ, Inſti. de act. vbi dicit, ꝙ in his quę dependent ex voluntate noſtra ſtatur pleno noſtro dicto cum iuramento, ſed ſine ſacramẽto ſemiplenè, & pro hoc videtur text. in cap. ſi uerò aliquis, de ſent. excommu. & eſt alia glo. in cap. ſignificaſti, de homi. & illam glo. allegat Bal. in conſilio ſchiſmatis, in 10. colum. hoc etiam not. Barto. in l. 2. §. ſi à pupillo, ff. pro empto. & ſic patet quod ex confeſſione facta extra iudicium partis abſentis poteſt probari contractus ſimulatus, quod patet etiam, quia confeſſio extra iudicium transfert onus probandi in confitentem, & conſequẽter inducit probationem, vt not. Bald. in l. cum falſa. C. de iug. & fact. ign. Item confeſſio extra iudicium operatur pactum nudum ſecundum Bar. in l. omnibus. §. fin. ff. de pact. Item operatur indicium ad torturam, vt in l. capite quinto per Bar. ff. de adul. & tenet Rota deci. 180. quę incipit, licet confeſſio, & aliquando poteſt ex tali confeſſione dàmnari, vt tenet glo. in c. per inquiſitionem, de elec. & ibi Innoc. & Gl. Io. 2. q. 1. c. multi, & in c. quàm ſit graue, de exceſ. prę l. & in c. at ſi clerici, de iud.

SECVNDO DICO, quòd poteſt probari fraus,
8 † & ſimulatio per teſtes, & ipſis teſtibus creditur cõtra inſtru-

ſtrumentum, dicit Gloſſ.in auct.de fid.inſtru.§.ſi vero aliquis, & Glo.in l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.præſi.licet aliter.Gl.dicat in d.l.generaliter,tamē Iaco.But.ibi tenet ſimulationem inſtrumenti poſſe probari per teſtes, hoc etiā expreſſius tenet Bal. in l.1.C.plus vale.qđ agitur, & Pet. de Peru.& Io.de Imol.in c.ad noſtram de emp.& vendit.& pro hoc facit l.multum,C.ſi quis alteri vel ſibi,& C.de do na.inter vir. & vxor.l.non eſt, & l.ſi filij, Fallit ſecundum Pe.de Peru.in d.c.ad noſtram,niſi cōtractus eſſet factus in ſcriptis, ita quod ſcriptura eſſet de ſubſtantia contractus ipſius,quia tunc non poſſit probari contrarium niſi per contrariam ſcripturam,vt not.in d.l.generaliter,ſecundo fallit qñ ex ſcriptura reſurgeret probatio iuris,& de iure contra quam non admittitur probatio in cōtrarium,ut in c.is qui. de ſpon. & no. Cy.in l.ob cauſam, C.de contrah.& cōmit. ſtipu.& l.antiquæ, C ad velleia.& in l.ſi.C.arbi.tute. Sed hoc eſt verum niſi probatio ſit admiſſa contra præſumptionem iuris & de iure.Nam tunc valeret,vt dicit Inno.in ca. fraternitatis, de frigi.& malefi. & de iſto dicto facit feſtum Ludo.in l.certi condictio, in §.quoniam,ff.ſi cer.pet.

Sed quæro quot teſtes requiruntur ad probandam ſimulationem contra inſtrumentum, dicit Gloſ.in §.ſi vero aliquis,in auct.de fide inſt.ꝙ quatuor teſtes requiruntur.Sed Spec.in tit.de inſtru edi.§.reſtat,verſi.ſed pone,dicit quod duo ſufficiunt per l.vbi numerus,ff.de teſt.

Inde eſt quod dicimus quòd ſi ego probo per inſtrumentum Titium contraxiſſe mecum Neapoli, & tu probas per duos teſtes te eodem die fuiſſe Romæ, præualent iſti duo teſtes inſtrumento ſecundum Specul. vbi ſupra. Idem tenet Bal. in l. inexercendis, C. de fide inſtrum. Nec obſtat Gloſſ. in contrarium allegata quia illa eſt vera quando per directum fieret probatio contra inſtrumentum,ſecus ſi fieret per indirectum, quia tunc ſufficiunt duo teſtes, vt in contrario. Sed vnus teſtis de veritate ſufficit ad probandam ſimulationem vel fraudem, quod non reperio in Specul. in titul. de teſte. §.reſtat, vbi ponit caſus in quibus creditur vni teſti.ideo dico quod vnus teſtis de veritate probat ſemiplene, vt eſt Gloſſ. communiter approbata

in l. admonendi, ff. de iureiuran. & in l. bonæ fidei. C. eod. Et ideo si esset vnus testis de veritate, & duo de fama q contractus in veritate fuit factus de vendendo, licet dicat de donatione apparenter probata esse plene ipsa simulatio, ut dicit Bal. in simili in c. 1. de contro. inuesti. & Ludo. in d. l. admonendi, & no. Gl. in c. 1. de appel. & l. 2. ubi Bart. ff. de excusa. tuto. & in c. 1. §. præterea, de testi. & in Spec. de testi. §. restat. versi. 25.

10 TERTIO PROBATVR, simulatio per † coniecturas. l. si seruus seruum, §. fi. ff. de leg. 1 secundum Doc. in d. capit. ad nostram, & not. Bal. in l. 3. C. plus vale. quod agitur, & in l. cos, C. de vsur. Item probatur per varias præsumptiones & indicia, ut in cap. illo vos, de pig. & not. do. Car. cle. ex grandi. de usur. Et sciendum est q multis modis potest fieri fraus, ut dicit Bald. in l. non dubium, C. de legi. ubi enumerat multas fraudes, & etiam Ioan. Andr. multas alias collegit in d. c. ad nostram, & dixit de i tis fraudibus aliqualiter in d. cap. in materia legis commissoriæ. Et quot modis fit simulatio, tot modis fit fraus, ut in l. ab Anastasio, C. man. & in l. emptor, ff. de aqua plu. arcen. & in Specu. de donatione. §. 1. vers. item pone aliquis, tamen hic videbimus de aliquibus præsumptionibus inducentibus fraudem in materia iuris. Ideo dic q præsumitur fraudem esse adhibitam in contractu dationis in solutũ in fraudem iuris congrui si probetur q præcessit tractatus de vendendo, & postea incontinenti secuta fuit datio insolutum, secus si ex interuallo. dicit Iaco. Butr. & Barto. in l. pacta nouissima, C. de pac. & Lud. in l. si quis cum aliter in 14. col. ff. de uerbo. obligat. Tractatus enim præcedens de vendendo facit præsumere contractum dationis in solutum incontinenti subsecutum fuisse in fraudem iuris congrui celebratum, secundum quod in simili not. Hostien. & Ant. de Butr. no. in d. c. ad nostram. de emptio. & vendit. & Bald. in l. multum, C. si qs alteri, uel sibi, & Guil. de monte Laudune in cle. ex grãdi. in §. cæterum, de vsur. & Ludou. in sing. suis in q. an pacta de reuendendo. q. 13. & tenet Pau. in consi. 329. in prin. & Ludo. Roma. in consi. 90. incip. visis ac percunctatis actis, & Ang. in l. item quia. §. idem Iuliano, ff. de pact. & Ioan.

 de

de Imo. in l. Titia. §. idem respondit, ff. de uerb. obl. & Ang. in l. 1. in 3. col. ff. de iudi. & Bal. in l. 3. C. plus vale quod agi
11 tur. † item poterit probari fraus si probetur q nullum debitum præcessit in veritate, sed tantum fuit facta confessio q Titius est debitor in centum, & propterea obligat bona sua & signanter talem, & postea creditor cum decreto iudicis recepit domum in solutum virtute hypothecę, certe ista datio in solutum est tunc in fraudem iuris congrui facta, ut dicit Alb. de Rosa. in 2. par. statu. in 2. q. vnde non statur dictæ cōfessioni. scilicet quòd debitor receptat centū nomine mutui in præiudicium vicini, nisi appareat verum debitum per l. qui testamentum, ff. de prob. & in l. cum quis decedēs, §. Titia. ff. de leg. 3. in quibus iuribus probatur q confessio quæ emanauit inter suspectos præsumitur simulata, & in fraudem facta, sic in casu nostro facta fuit dicta cōfessio debiti in fraudem, vicini nisi probetur de vero debito, facit l. si forte, ff. de castren. pec. & ibi Bar. dicens q verba enunciatiue emissa non inducunt probationem etiam inter easdem partes, quando partes nō potuissent libere disponere, & no. Glo. Ang. & doc. in l. si donatione, C. de colla. vbi confessio patris q donat filio propter merita non probat merita prę cessisse. Idem no. Bar. & Bal. in l. per diuersas, C. man. & in l. 2. ne liceat poten. & Cyn. in l. 1. in fi. C. de sacrosanct. eccle. ubi dicit quòd confessio coniugis quod tenetur coniugi cui prohibetur donare non probat, & no. Bar. in l. si constante, in antepe. col. ff. sol. ma. ubi fortius uoluit quòd est pſumptio
12 iuris & de iure q fuerit fraus † quando quis restituit dotem vxori propter inopiam suam si de illa dote recepta non apparet instrumentum dotale, sed tantum confessio mariti, & idem no. Bal. in l. 2. §. appellata, ff. si cer. pet. & in l. 1. C. de don. ante nup. & Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de don. inter virum & vxo. & Cyn. in l. quòd de suo. C. de donat. cau. & Bald. in l. si creditores, C. de fideiuss. in lectu. antiqua, & Barto. in l. Aurelius, §. fi. ff. de libe. lega. & ibi tex. optimus, & in l. Lucius, §. quisquis, & ibi tex. & Barto. ff. de lega. 2. ubi confessio debiti non probat debitum, & idem tenet l. udo. in consi. 43. & in consi. 50. & Bal. in l. 1. C. de inoff. dona. & Ang. in consi. suo incip. A, concludit testamentum, &

Pau.de Cast. in l.Marcellus.§.quidam libertus,& l.cũ hæres deducta, ff.ad Trebellia.& idem in effectu not.Io.And. in addi.Spec.in tit.de rebus eccle.non alie.in rub.& Io.de Imo.in c.1.21.col.extra de deposi.& in Specu.de confes.§. nunc dicendum versi.sequitur. Sed si probaret ꝙ in verita te recepit pecuniam,& factum fuit instrumentum de debito, & postea infra breue tempus recipit domum insolutum ex ista breuitate temporis præsumitur datio insolutum facta in fraudem vicini, allegat ad hoc Petr.de Ancharan in consi.suo 159.tex.in cap.officij.de electi. & quod no.Bar. in l.post contractum,ff.de dona.Sed ultra eum facit text.in l.plerique.ff.de ritu nupt. vbi mulier quæ recessit à marito,non multo tempore interposito reuersa est censetur idẽ matrimonium, facit etiam lex ꝙ calore.ff.de reg.iur.& 33. quæstione 1.cap.diuortium, facit etiam l.4.§.si ab ignoto, ff. de manu. vbi quando fiunt actus a principio ꝙ euictio modico tempore habeat durare præsumitur emptio simulata,& ita dicit Bar.per illum tex.in consilio suo inci. Petrus Nicolæ. facit l.vxor C.de repu. & ff.de ritu nup.l.fi.& extra vt eccle.benefi.c.1.

13 ITEM SI PROBETVR † ꝙ domus illa recepta in solutum fuit desiderata per prius ab illo creditore qui dixit quòd uolebat emere,& posteà reperitur quod eam habuit insolutum,quia per præcedentia declarantur sequentia,vt not.Bar.in l.ambitiosa, ff.de decre.ab or.fa. facit qđ no.Ludo.in cons.suo 15.incip.viso themate consultationis vbi dicit ex præfationibus declarantur sequentia.& ex præfatione ipsius priuilegij colligitur finalis ratio eiusdem inductiua.vt probatur.ff.de hær.inst.l.vlt.& ff.de ori.iur.l.1. & ibi Bar.& ff.de transactio.l.cum hi.circa princ.& Bald.in 1.constitu.Cod.§.quibus,& not.Ludo.consil.suo 174 facit quod not.Ang.in l.si seruus §.si numerus ff.de leg.1.vbi dicit ꝙ præfationes declarant voluntatem,vt in l.si ita quis, §.idẽ respondit, ff.de uerb.oblig.& ideo dicit Bal.in l.1.ff. ad maced.quòd ex præfatione legis colligitur mens condẽtis & eius intellectus,& in d.l.fi.ff de hęr.instit.quẽ text. ibi ad hoc exclamat Bal.in l.apud. Celsum,in prin.ff.de doli excep.& not.etiam Bart.in d.l.1.ad macedo. proœmium

enim

enim declarat sequentia, ut in l.semper, & ibi not.ff.de reg. iur.Bal.in l precibus.C.de impu.& alijs.substit.& no. Scriben.in l.si quis cum aliter,ff.de verb.obliga.unde dicit do. Anto.de But.in cle.1.de elec. ꝙ præfatio legis demonstrat finalem intentionem condentis.l.regula.§.licet,in ver.initium.ff.de iur.& fac.igno.& idem not.Bal.in l.vt liberis,C. de colla. & in l.his verbis, de falsa causa adiecta le. & est tex.& ibi Abb.sic in c.ex multa.extra de uoto.

24 ITEM PRÆSVMITVR, † datio insolutum facta in fraudem iuris congrui, si res illa erat coniuncta ei cui facta data in solutum, quia ratione illius coniunctionis præsumitur datio insolutum fraudulenta arg. ff.de dona.inter virum & vxo.l.si inter, & extra vt eccl esi. benefi.cap.1. Item quia res illa fuit antecessorum ipsius creditoris & consequenter præsumitur habuisse affectionem ad illam rem recuperandam, argu.l.si in emptione, ff.de mino.& l.1. §.si rem, ff.si quid in frau.patro. Item quia res illa afferebat sibi commoditatem propter suam artem, vt in d.§.si rem, vnde his probatis clare sequitur ꝙ in fraudem iuris congrui fuit facta datio in solutum. Item si probetur debitum realiter contractum fore solutum, quia solutione tollitur omnis obligatio, ut instit.quib. mod. tol. obligat in prin.cum simi. vel si instrumentum cancellatum repertum est in domo debitoris, de quo in l.si chirographum ff.de proba. & in c.sane, extra de renun in glo.nisi debitor fuisset familiaris creditoris propter quod potuisset subtrahere dictum instrumentum, vt in l.1.§.sed ne furandi.C.de lati.libe.tol.& fecisset cum conuenire, & postea daretur res in solutum & inde occulte reciperet pretium rei. Nam ex quo occulte fit solutio, præsumitur quòd datio in solutum fuit fraudulenta, argum.l.fi. ff.de ritu nupt. & l.vxor. C.de repu.& l.fin.C. mand.& d.capit.1. vt bene. eccle. & consequenter habebit locum ius congrui, quia fraus non debet patrocinari, ut in

25 capitulo sedes, de rescrip. † & generaliter præsumitur dolus vbicunque petitio alicuius legitima exceptione doli elidi potest si is in ea perseuerat, vt ff.de doli exceptio.l.prima §.& generaliter. Idem dico si per interpositam personã hæc fraus fieret.argum.l.pupillus.§.sanè. ff.de aucto.tuto.

Item solet fieri fraus in isto iure congrui, quia domus habet vnũ introitum & duo latera venditur medietas domus duobus lateribus retentis nam propter domus indiuiduitatem, quæ non habet nisi vnum introitum & illas partes laterales non habetur introitus nisi per ianuam quæ venditur signum est quod facta fuit venditio in fraudem iuris congrui, hoc voluit Pet. de Ancha. in præallegato suo consil. 159. vbi dicit q connexa quæ sunt per partes non possunt commodè diuidi debent pro vno haberi, hinc est quòd continentia ædificij vnũ censetur ędificium cum eo quod coheret, vt ff. de verb. significatio. l. 2. & l. ędificia, & c. si ciuitas, de senten. excommu. lib. 6. Et polluta ecclesia cęmiterium coniunctum pollutum est, de consè. eccl. vel alta. ca. 1. Et fugiens ad porticum ecclesię gaudet immunitate totius eccle. 17. q. 3. cap. si quis contumax, & hęc omnia operatur connexitas, & alibi eadem connexitas facit diuersa coniungere & vnum censeri l. conclaue, ff. de damn. infe. vnde cũ dominus erat vna, & vnam portam habebat & pars retenta non poterat a parte vendita separari quia non habetur accessus ad eam nisi per vnicam portam, sequitur q separatio fuit facta in fraudem iuris congrui, domus enim respectu ipsius aditus indiuidua cẽsetur, quia ipsius effectus in partes
16 diuidi non potest l. executione §. 2 ff. de verb. oblig. † & in talibus indiuiduis dispositio quę concernit parte trahitur ad totum, vt in l. vna est via ff. de serui. rusti. prædi. & ff. de fur. l. vulgaris, & in capit. translatum, de consti. vnde vna & eadem domus non debet diuerso iure censeri, vt in l. eum qui ædes, ff. de vsuc.

IDEM DICO si venditur terra excepto vno palmo circuncirca, nam clarum est q dicta reseruatio facta fuit in fraudem vicini, quia ille palmus terræ nullam vtilitatẽ ipsi qui vendidit terram affert, vt statim dicam, & ideo si separatio esset vtilis venditori dicto casu non præsumeretur in fraudem facta. Nam si quis haberet domum in triangulo & illam venderet seruatis lateribus in quibus possit haberi introitus, vel exitus, vel posset cõmodè ibi fieri porta & hoc afferret vtilitatem venditori, non censetur venditio facta in fraudem iuris cõgrui, ar. l. seruus dotalis, & ibi hoc

not.

not.Mode.Perusini.ff.solut.matri.& hoc verum nisi statim postea venderentur illa duo latera retenta eidem emptori. Nam ex breuitate temporis præsumitur fraus vt dixi supra per tex.in c.officij.de elec.cum si.& etiam quia facta fuit p partes vt dicit Pet.in d.consi. In contractu autem donationis dicendum est quod poterit præsumi donationem factã esse in fraudem iuris congrui, si donator reperiatur post donationem possidere iuxta ea quæ habentur not.in l.post cõtractum ff.de dona.& in l.sicut. §.superuacuũ.ff.quib.mo.
17 pig.vel hypo.soluitur. † Item si donauit postquam citatur fuit a vicino,argu.ff.de iudi.l.si quis post.de quo dixi supra in præcedenti.§.Item si donauit coniunctæ personæ, vt C. de dona.l dona.& l.pe.C.de bo.quæ libe.Sed sola coniunctio non inducit præsumptionem fraudis, vt dicit Barto. in d.l.post contractum.Item præsumitur donatio facta in fraudem iuris congrui, quando in ea est appositum pactum de vendendo,quia signum est ꝙ non habuit animum donandi vbi fuit appositum tale pactum,arg l.qui sic.de solu.Et eodem modo dico,ꝙ si res pro parte venditur & pro parte donatur, & non subest iusta causa donationis ꝙ habet locum ius congrui, quia præsumitur donatio simulata, arg. d.l.ab Anastasio, & in d.l.per diuersas.C.man.& tenet Bal.in l.2. C.de repu.hære.& in l.fi.C.ne lice. poten. & Bal.in consi. suo quod incipit ad probandum & ostendendum, & Specu. in tit.de ces.act.§.1.versi.præsumitur cõtractus simulatus. Item præsumitur contractus fraudulenter factus si fiat de omnibus bonis l.omnes.§.Lucius,ff.de his quę in frau.cre.
18 & no Bar.in d.l.post contractum.Item præsumitur † donatio simulata quando essent apposita ibi pacta insolita in fauorem ipsius donatoris contra naturam ipsius contractus donationis arg.eorum quę not.Bal.in c.1.de feu.da.inuicẽ leg.commis.& in l.si quis sub condi. ff.de condit.instit.per illum tex.iũcta Glo.& Bal.in d.l.emptione, C.plus valere quod agitur,& in l.etiã,col.2.C.de execu.rei iudi. & not. Io.de Imo.in d.c.ad nostram, de empt.& has fraudes quantum ad materiam iuris congrui hic per modum sum mulæ sufficit dixisse.Sed alias fraudes in alia materia ponit Bald. in l.fraus,ff.de legi.& Bar.in d.l.post cõtractum,& Luc.de

Pen. in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. Non tamen fateor quod aliæ fraudes non possent reperi in hoc iure congrui fraudando, quia reperiuntur tot & tantæ fraudes hominum quas calamus ad scribendũ non sufficeret, quia homines ad vita labuntur, vt in c. vrgẽtis, de hæreti. & ętas nostra prona est ad malum, vt in c. omnis ætas 12. q. 1. & alibi dicitur quod natura est nutrix vitiorum, 20. q. 2. c. 2. & alibi multæ viæ sunt ad malitiam hominum, vt in auct. de nup. §. minores, & homo dicitur potius malum quã bonum operari, vt not. ff. solut. matri. l. si constante. §. maritum, hinc est quod possumus dicere; verè terra malos homines educat vt in l. fi. C. de præscrip. triginta anno.

19 QVINTO NO. ex tex. quod † vicinus postquam emptor & venditor iurauerunt contractum donationis vel permutationis vel dationis in solutum rei fuisse factum bona fide & sine fraude potest probare contrariũ eius quod iuratũ est. Sed contra, quomodo potest contra iuramentũ probari cõtrarium, quia exceptio iurisiurandi. parit exceptionem litis finitę, vt in c. 1. de litis contest. lib. 6. & no. in l. nam postea, de iureiur. Item iuramentum habet vim diffinitiuę sẽtentiæ, vt in l. 2. & in l. sed & si possessori. §. itẽ si iurauero, ff. de iureiur. Itẽ habet vim probationis, vt in l. non erit. §. dato, eo. tit. & causa decisa cũ iuramento nõ retractatur, ut C. de iureiur. l. 1. Sol. multiplex est iuramentũ, scilicet necessariũ, iudiciale, & voluntariũ, vt not. in rub. ff. de iureiuran. Cõtra voluntariũ & iudiciale iuramentum non potest contrarium probari sed contra necessarium sic, vt in d. l. admonẽdi, ff. de iureiu. & in d. l. 1. C. de eo. vnde quando lex compellit partẽ ad iurandũ. prout facit ista lex, quæ cõpellit emptorẽ & venditorem ad iurandum vicino volẽti. Nam verbum exigere, importat necessitatẽ, vt ff. de leg. 3. l. fideicommissam. §. fi. exigere enim est ab inuito extorquere, vt no. in l. sed si lege. §. 2. de peti. hęre. & in l. falsus, C. de furt. Tunc enim potest contrarium eius quod iuratum est probari, si lex vel statutum procedat ad pęnam periurij si contrarium probetur vt est in l. ista. hoc tenet Bald. in d. l. 1. C. de iureiuran. per not. in auct. sed nouo iure, C. de pœna iud. & not. in l. 1. per Cy. C. si aduer. liber. Quando autem principalis

palis persona iurauit, & postea repertum est contrariũ, an possit puniri de periurio, istam materiam tangit And. in c. 1. §. sacramentum, de consue. rec. feu. & ibi ad saturitatẽ dixi, & tãgit Lud. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit, ff. de iureiu. & Cy. & Iac. But. in l. 1. C. de sum. Tri. & Bar. in l. de periurio, ff. de crimi. stellio. Posset hic tractari tota materia auct. sacramenta puberum, C. si aduer. ven. quod dicit Bar. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. & ꝙ dicitur in tota materia de iureiu. Sed quia hic tantũ ea quæ ad ius cõgrui ptinent legere decreui, ideo hãc materia tanq̃ impertinẽtẽ omitto.

20 SEXTO NOTA ex tex. † si contrahentes iurauerunt non in fraudem iuris congrui fuisse celebratum cõtractum, punientur pęna periurij si contra probetur, cuius pęna hodie est amissio manus in regno; vt in const. regni, eos qui sciẽter. Item est pęna, quia fit infamis, vt in l. si qs maior, C. de transac. & consequenter nullus nisi rex, vel Papa poterit remittere infamiam, vt dicit Bar. in l. infamẽ, in fin. ff. de publi. iudi. Item periurus non potest promoueri ad ordines sacro, ut 6. q. 1. c. infames. Item nec ad testimonium ferendum admittitur eadem. q. & causa. c. quicunque. Item a defendenda ecclesia excluditur, extra de exce. capit. dilecti. Itẽ peccat mortaliter, extra de iureiur. cap. puenit. lo. 2. Nam Deus multum contristatur de periurio, in l. qui relictum; & ibi Bal. C. de indi. uid. toll. Item periurus committit falsum, vt in c. illud, de exces. prelà. Item pęnitentia periuri est velut homicidæ, 22. q. 1. prædicandum. Item a periuro regulariter iuramentum requiri nõ debet, vt extra de præsum. c. literas, & 22. q. 5. c. paruuli. Item periurus non debet tenere beneficia, vt not. in c. querelam, de iureiurand. Item priuatur a ꝑprio gradu, vt 50. dist. c. de his, lo primo. Item crimen periurij comparatur blasfemijs, & peccato cõtra naturam, ut in auct. vt homines non luxurientur contra naturam §. hæc quoniam. Item omnes homines offendit qui periurium committit, quia in omnium vertitur iniuriam, quod in religionem diuinam committitur. l. manicheos, C. de hęr. & mani. vnde apud Romanos de nulla recensores diligentius iudicabãt quã de iureiurãdo uiolato vt dicit Tull. de offi. lib. 2. Qua propter a periurio caueatis,

licet

licet dicat tex. q. homines proni sunt ad iurandum & deierandum, vt in c.& si Christus, de iureiur.de coha.cler.& muli.c.cleros Ita dicũt Domini de Rota decisione 30. quæ incipit, fuit dubitatum.

21 SEPTIMO NOTA ex text. quòd † venditor, & emptor qui iurauerunt simulatam contraxisse dationem insolutum in fraudem iuris congrui, vel iurauerunt non simulatam contraxisse, & postea probatum est contrarium, emptor & venditor puniuntur vltra pęnam periurij, scilicet venditor punitur amissione rei, & emptor pretij. Sed quæro an isto casu emptor possit habere regressum contra venditorem de euictione, videtur quòd sic, primo quia fuit promissa euictio per stipulationẽ, vt in l.sed & si exceptio, cũ l.seq.ff.de euict.& l.si fratres, C.com.vtriusq.iud. Secũdò quia ex facto ipsius venditoris ipse emptor amisit rem, & pretium quia iurauerit simulatam fuisse dationem insolutũ & sic videtur quod venit euictio, arg.l.seruũ, iuncta gl.quę dicit sua culpa interueniente, & l.hoc iure, cum l.seq.ff.de euic, vel saltẽ q̃ teneatur ad pretium, vt in l.pen §.1.ff.de euic. Tertio, quia emptor caret re, & pretio, q̃d esse non debet, vt ff.de act.emp.l.ex empto, in fi. In contrarium tamen est veritas, q̃ non agit de euictione, quia ipse venditor etiã amisit rem & pretium, & sic paria delicta mutua compensatione tolluntur, l.vitio atq; vxore, ff.sol.matr. vnde ambo fuerunt stulti in conficiendo simulationem, vel stulti in culpa, hoc est faciendo contractum in fraudem iuris congrui. Ideo sapientes sint in pęna, vt 38. distin.c. quia ead. & ibi no.& in cap.ea quæ, de statu mona. Item culpa emptoris interuenit simulatione contrahendo, & sic re euicta non agit de euictione, vt d.l.seruum, cum simili.vbi consideratur cuius culpa fuit res euicta, vt in l.si per imprudentiã, & l.si rẽ quam § si duple, ff de euict.& in l.si controuersia, eo tit.& ff.de act.emp.l.ideóq; §.1. ergo sequitur q̃ si culpa vẽditoris tantum interuenit in simulato contrahendo tenetur de euictione si fundus euincitur, & idem vbi esset dubiũ, quia nunquam presumitur euictio culpa emptoris vt not.in d.l.

22 exceptio. † Item lex ista prohibet fraudes fieri in pręiudiciũ vicini, ergo si fiãt fraudes ad fraudandũ vicinũ iure cõ-

grui,

grui ipsi contrahẽtes contra legẽ mercati sunt, & cõsequẽter emptor non recuperat pretium, sicut in simili no. And. in c. 1. de inuest. re. alie. fac. per l. quemadmodũ, C. de agr. & cẽs. lib. 11. & no. gl. in l. Imperialẽ, super verbo, bonę fidei, de prohi. feu. alie. per Frid. & no. glo. in const. regni, cõstit. diuæ memorię. Et adũerte q inquãtũ iste tex. vult q si emptor & uenditor fatentur contractum fuisse in fraudem iuris cõgrui celebratũ q uẽditor amittat rem, & emptor pretium, uidetur cõtinere iniquitatẽ, nã deberet sufficere qđ fraus eis nõ ꝓdest, hoc est q habet locũ ius cõgrui, ex quo fraudem confessi fuerunt, quia mitius est agẽdũ cũ confesso de crimine, quã si ꝑ testes crimẽ probaretur, ut est text. ad literã, in c. presbyterũ, L. dist. & 50. quia simpliciter 56. dist. unde intelligo hoc procedere quando timore probationem sunt confessi, nã tunc non excusarentur a pęna huius legis per tex. in c. prẽsentiũ, 1. q. 5. Sed si spõte cõfessi fuerunt & contrarium nullo modo poterat probari, tunc dico quòd debet fieri remissio huius pœnę, hoc est q emptor non amittat pretium, nec uenditor rem. Nam ista lex est odiosa, quia est contra d. l. dudum, C. de contra. emp. & propterea debet restringi, per c. odia, de reg. iur. lib. 6.

23 OCTAVO NOTA ex tex. quòd † res & pretiũ quę & qđ aufertur emptori & uenditori propter fraudẽ factam in præiudicium uicini per illos contrahentes, & propter periuriũ per eos commissum applicatur fisco, & nõ uicino, ut expresse dicit iste tex. imò quãdo lex imponit pęnã & nõ dicit cui applicetur sẽper in dubio intelligitur q applicetur fisco, ut in l. multarũ, C. de mo. mul. & in c. 1. q̃ sint rega. & no. glo. in l. iubemus. §. his iudicibus, C. de sacr. san. eccl. & no. Bar. in l. agraria, ff. de termi. mo. Sed an si fiscus admisit emptorẽ & uẽditorẽ ad compositionem uidelicet unciarũ 12. pro periurio q facere põt iudex per gl. in consti. regni summo periculo, quę dicit q periuriãs sciẽter qui propterea tenetur ad manus mutilationem potest redimere manum solutis dico 12. uncijs rege nolẽte, & de hoc habetur ẽtiã quędam litera reginæ Ioannæ secũdæ quæ ꝑmittit posse fieri dictam compositionem, alias pęnam impositam a iure officialis non posset mutare sine permissu principis.

cipis, vt dicit Inno. in c. licet, de pe. An etiam habebit fiscus vltram dictam pœnam rem & pretiũ. Certè sic, q̃a duplex est delictum, videlicet, quia fecerunt contractum in fraudẽ & postea commiserunt periurium & vnum delictum aggrauat aliud, ut no. Bar. in l. fi. ff. de quæst. & sic duplici pęna puniuntur, vt pœnę corporis respondeant delictis, ut l. sancimus, C. de pęn. Patet ergo quod pœnæ quæ applicantur fisco pro delictis, censentur ius regium, vt dicit Bal. in l. 1. C. de hære. vel act. uen. vbi ponit multa priuilegia fisci. Sed ego in c. 2. de fra. de no. benefi. inuesti. posui 86. priuilegia fisci, & ibi etiam dixi quæ sint illæ personæ quæ habet fiscum, & quid sit fiscus, de quo etiam per Bar. in l. 1. C. de iure fis. lib. 10. & Bart. in proœ. ff. & nulla bursa dicitur fiscalis propriè loquendo nisi principis uel reipublicæ, vt dicit Bal. in d. l. 1. C. de hære. vel act. uen.

24 NONO NOTA ex tex. q̃ † licet fiscus propter delicta commissa per contrahentes, hoc est per fraudem adhibitam in fraudando vicinum iure congrui habeat rem, & pretium, tamen non fit propterea præiudicium vicino, quia fiscus tenetur vẽdere ipsi vicino rem illam quam habuit in pœnam, & sic patet, q̃ fiscus non tollit ius tertij per publicationem bonorum, quia fiscus non potest sine iusta causa quęsitum alteri tollere, vt est gl. in c. fi. de hær. lib. 6. & in c. quãuis, de rescr. eo. lib. & ibi Arch. & no. Inno. in c. sæpe, de appel & no. Bal. in l. fi. C. si cõtra ius uel vti. pub. & Bal. in rub. C. de preci. impe. off. & Bar. in l. quoties, ff. de polli. & in l. si priuatus, ff. q & a quib. & in l. venditor. §. si cõstat, ff. com. pręd. & in l. itẽ si verberatũ, ff. de rei uen. & in l. Antiochensium, ff. de priui. cred. & in l. Lucius. ff. de euic. & in l. 2. §. nec filio, ff. de nata. resti. & no. Bar. in proę. ffor um, in illa q. an Imperator possit rem meam alijs dare, imo ius cõmune non tollit ius alterius sine causa, vt not. in l. fi. C. qui pot. in pig. hab. & facit q̃ lex non potest priuare fratrem successione per suum priuilegium vt no. Inno. in c. grandi, de suppl. negli. præl. Nam quotiescunq; aliquid conceditur, videtur concessum saluo iure cuiuscunq;, vt dicit Gl. in auc. de ęqua. do. §. si asit, est bonus tex. in l. 1. §. merito, & §. si qs a principe, ff. ne quid in lo. pub. & extra de priui. c. dudũ, &

c.cum

c.cum dilectus, de consuet. bene facit ad hoc decisio Rotæ 329. quæ incipit, Tu obtines prębendam, & alia decisio Rotæ. 331. incipien. supposito facto, & not. And. Iser. in cap. 1. qui success. tene. & consti. regni domini a uasallis, & in c. 2. de feud. da. in uic. leg. commis. & ibi dixi in 3. not. etiam si princeps proprio motu concedat secundum Dominos de Rota deci. 110. inci. dicebāt domini, per no. in c. 2. de pręb.
25 in ui. † Item potest assignari alia ratio, quare tenetur fiscus isto casu uendere illis quibus competit ius congrui, quia quando fiscus succedit bonis ex aliquo delicto habetur loco hæredis, ff. de fideiu. l. inter reos. §. fi. & C. ad l. Iu. de ui. l. 2. & hæres tenetur uēdere cōiunctis si successit emptori, quia res transit cum sua causa, ut ff. de ser. rust. præd. l. si cō muni, & ff. ad Treb. l. Marcellus. § fi. cum si. Nec ex persona hæredis mutatur qualitas obligationis ut l. 2 §. & harum, ff. de uer. obli. Et sic cum ius cōgrui sit ius reale afficit quē cunque possessorem, nisi fiscum, rem publicam, & ecclesiā, ut dicetur infra in ult §. Sed in casu nostro ideo ius cōgrui afficit fiscū, quia succedit illi qui tenebatur ad ius cōgrui. Si ergo fiscus propter delictum commissum per contrahentes in fraudando uicinum iure congrui, non auferet rem ipsam fraudulenter datam in solutum, teneretur ipse cui data est res in solutum fraudulenter ad ius congrui, ergo eadē ratione ipse fiscus qui ex hac causa ei succedit tenetur ad ius congrui. Sed si fiscus alio iure succedit, puta quia ille commissit aliud delictum, uel tanquam bona uacantia, illa bona uenerunt ad fiscum, uel fiscus emit, tunc non habet locum ius congrui per §. fi. huius legis.

26. SED QVÆRO ecce ꝙ † fiscus uendidit uicino postea res euincitur a uicino an fiscus teneatur de euictione, respondeo, & nunc dico tibi unum uerbum peregrinū ꝙ illi qui habet causam a fisco re euicta, fiscus non tenetur nisi ad simplum, etiam si expresse sit promissa euictio ultra simplū, ut in l. si procur. ff. de iur. fisc. Ita dicit Bal. in l. 1. C. de hær. uel act. uen. quod tene menti. Item contra illum qui emit a fisco non potest agi ultra quadriennium propter beneficium l. bene a Zenone, C. de quadri. præscr.

DECIMO NOTA ex tex. ꝙ quādo cōstat legitime

mè de simulatione contractus in fraudem iuris congrui cõpetentis vicino, absque eo ꝗ emptori & venditori delatum sit iuramentum super simulatione & fraude, tunc nõ est pena ꝗ venditor amittat rem & emptor pretiũ, sed puniuntur minori pœna, quia minus delinquunt plus enim peccat ille qui dicit mendacium cum iuramento quàm sine iuramento quia periurium aggrauat delictum siue mẽdacium, ut patet
27 12.q.5.c.si quis coniunctus. Quæ † aũt sit ista minor pœna patet in tex. quia cogitur possessor vẽdere minori pretio arbitrio iudicis declarando intra dimidiam iusti pretij rem illam vicino cui competit ius congrui. Sed quia hic in tex. dicitur de iusto pretio, quæro hic de quadam pulchra quæstione, quam ponit Alb.de Rosa.in 2.parte statut. in q. 102. Dicit statutum ꝗ habentes decimas in agris alienis teneantur res vendere dominis agrorum iusto pretio, aliquis habebat decimas in agro vicini qui erat in ciuitate vel suburbijs, ita ꝗ erat magni pretij ager & paruorum redditũum, dominus agri vult emere decimam a vicino, & dicit ꝗ debet æstimari pretium decimæ habito respectu ad quantitatem reddituũ, ille cuius est decima dicit ꝗ habito respectu ad valorem agri quæritur quid iuris? videtur ꝗ debeat fieri æstimatio secũdũ reditus ar.l.pe.ff.de magi.conue. in prin. & in auc.de alie.& emphy.§.hæc autem, & ff.de iur.fis.l.3. §.diui fratres, quam legem in materiam æstimationis allegaui, supra in §.1.& l.si fundus per fideicommissum, in princip.ff.de le.1.& in auc.de nõ alie §.quod autem a nobis, & §.si uero alterius, & §.si verò Leonis. In contrarium quod secundum valentiam fundi, debeat fieri æstimatio, facit l.si hæres, ff.ad Trebel.& l.si ex asse, eo.ti. & sic fun.æstimatur quanti vendi potest, ut in l.si seruus.ff.de cond.fur. dicit tamen Alb.de Rosa.ibi, quod melior est prima opi.quia decima præstatur ex fructibus, ergo per respectum ad fructus debet fieri æstimatio, quod est menti tenendum.

28 SED quæro † an contractus iste simulatus celebratus in fraudem iuris congrui erit ipso iure nullus uel venit annullandus per sententiam? in hac lege hoc non reperitur. Nam si esset nullus, venditor deberet vendere minus iusto pretio ipsi vicino, quia emptor quanquam possideret non posset ven-

vendere, quia nullum ius habet ex quo contractus est ipso iure nullus propter simulationem, & sic libellus iuris congrui quando contractus est factus fraudulenter ad fraudandum vicinum iuri congrui debere porrigi contra venditorem, & non contra possessorem, ut dixi in §.præcedenti, si enim contractus non est ipso iure nullus, & tūc emptor qui possidet, vendet vicino minus iusto pretio, & sic concluditur ꝙ contractus simulatus est nullus post sententiam, sed ante sententiam non est nullus. Et propterea debet fieri libellus cōtra emptorem possessorem rei, & ab eo debet peti res iure congrui, quia contractus est simulatus, & iudex cōstito de simulatione pronunciabit vicino competere ius congrui, quia contractus fuit simulatus & gestus in fraude vicini, & sic emptor vendet vicino minus iusto pretio quo ipse emit prout expresse probatur in isto tex.

VNDECIMO & vltimo no. ex tex. quòd cōtrahentes simulate in fraudem iuris congrui debent omnibus modis quibus possunt fugere ne eis detur iuramentum super simulatione, & econuerso, vicinus cui competit iure congrui debet esse sollicitus, ut detur iuramentum ipsis contrahentibus, & hoc propter pęnam. Sed ego semper consulerem vicino si potest probare simulationem aliter quam per iuramentum contrahentium ꝙ non exigat iuramentum ab eis, quia postea emit minori pretio quam emisset a fisco. Sed
29 quid † si dato iuramento emptori & venditori, venditor fatetur simulationem, & emptor non, & non apparet aliud de simulatione, certe facit semiplenam probationem tātum, & si aliud non sit in fauorem emptoris, in contrarium habebit locum iuramentum suppletorium, iuxta no. in l. bonæ fidei C. de reb. cred. & in l. admonendi, ff. de iureiur. Sed si aliud fuit in fauorem ipsius emptoris, ut puta quia ipse emptor probatur ꝙ ille venditor factus fuit inimicus ipsius venditoris uel aliter habet cām eum repulsandi, tunc non habet locū iuramentum suppletorium, quia fides ipsius testis est extenuata per probationes contrarias, ut dicit gl. no. in l. 1. C. qui & aduer. quos. Et sic absoluetur emptor a petitione vicini per regulā actore non probante, ut in l. qui accusare. C. de eden. Sed an tunc quādo semiplenē probatur de simulatio-

latione,& datur iuramentum suppletorium vicino priuetur venditor re,& emptor pretio,& fisco applicetur, dic ꝙ non
30 quia in pœnis referendis non defertur iuramentum semiplenè probanti, ut in l. 1. & ibi Bal. C. de his quæ pe. nomi. Vnde si fiscus principaliter ageret ad pœnam priuandi venditorem re ipsa & emptorem pretio probasset semiplenè de fraude non haberet locum iuramentum suppletorium, ut supra dixi, eadem ratione quando incidenter veniffet pœna applicanda fisco ex causa quæ est inter vicinum & emptorem de iure cõgrui fraudato,& probetur semiplene de fraude. Nam tunc reus absoluitur quod est menti tenendum ꝑ limitatione huius tex. & per ista remanet expeditus iste. §. sequitur. §. prohibemus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta potentioribus, an & quando teneat.*

2 *Potentiores qui dicantur.* 6.

Differentia quæ sit inter titulos de alie iud. & ne lic. pot.

3 *Dare se in adoptionem potentiori, vt potentiori nemo potest.*

Officialis nihil potest recipere pro alicuius defensione etiam ad iustitiam.

4 *Iura præsumunt contra potentiores personas.*

Potẽtiores quid possint, & quas cõtra eos habeant præsumptiones.

5 *Sanguinis ratio excusat, vt donatio non videatur facta in potentiores.*

Pater nunquid possit legare filio potentiori ratione officij.

6 *Comparatiuus restringit suum positiuum.*

Clericus nunquid intelligatur potentior laico ratione officij.

7 *Consequentia non tenet. Officialis potest inferre metum, ergo contractus cum eo est meticulosus.*

Dignitas non præsumit metum.

8 *Liberè agere nemo in necessitate constitutus dicitur.*

Metus materia vbi in iure tractata.

9 *Promissio beneficij trahit hominem ad suam voluntatem.*

Aduocati promissionibus magnatum credere non debent.

Promissio generalis non ligat promittentem.

Simplex dicitur qui suasionibus credit.

Poten-

10 *Potentior qui sibi donari fecit quomodo puniatur.*
Dictio & cuius naturæ.
11 *Fiscus est qui inbursat pœnas legales.*

§. QVINTVS.

§. PROHIBEMVS. Diuiditur ille §. in tres partes. In prima parte ponitur regula, & exceptio. In secunda ibi, petentes, ponitur declaratio regulæ. In tertia ibi, si qs autem, ponitur qua pena puniuntur illi qui faciunt contra regulam. Regula est, ꝙ licet in § tertio fuerit dictum ꝙ cuilibet licet rem suam stabilem donare inter viuos, vel causa mortis, vel legati, tamen hoc verum nisi fiat donatio potentiori personę inter viuos, uel causa mortis, uel vigore legati, vel adoptionis, vel defensionis, & ista est regula quæ fallit nisi alienetur illis modis in potentiorem qui sit de parentibus ipsius alienatoris, & ista est exceptio. Declaratio regulę est ꝙ illæ personæ dicuntur potentiores, quæ non solum sunt potentiores per se, sed etiam sunt potentiores per suos consanguineos, vsque ad secundum gradum, per quos potest inferri timor aut promissio beneficiorum ipsis alienatoribus, pœna vero quæ infertur alienatoribus in potentiores est, quia puniuntur amissione ipsius rei donatæ vna cum æstimatione ipsius & fisco ipsa res vna cum æstimatione applicabitur, hoc dicit vsque ad. §. scriptum est, & sic iste text. nil facit ad materiam iuris congrui Aliquid habent in litera, & fiscus postea vendit iusto pretio illis quibus competit ius Prothomiseos, & secundum istam literam iste text. facit ad materiam iuris prothomiseos.

1 NOTA primo ex isto tex. † ꝙ personis potentioribus donatio facta non tenet, siue sit donatio facta inter viuos, siue causa mortis, siue legatum. Sed iste tex. habet quatuor limitationes, & primo fallit si bona fide alienat donãdo vel legando potentiori. nam tunc donatio valet, & sic iste tex. procedit quando fit alienatio supradictis modis ea intẽtione & proposito, vt potentior & terribilior appareat, ut not. in l. qui stipendia. C de procu. Ita dicit Spe. in tit. de cessio. act. §. primo, versicu. quod autem dixi. & ita refert tenere

Vincen.& Inno.in c.secundo extra de aliena.iudi.mut.causa fac. Secundo fallit nisi fiat donatio uel legatum, vel hæredis institutio ipsi Principi. Nam licet princeps sit potentior, tamen ubi jus persona est, cessat omnis fraus, ut ex text. ibi not. in l.penult. ff. de hæred. instit. Tertiò fallit ut in fallentia huius text. Quartò fallit nisi sit potentior ratione diuitiarum uel dignitatis uel ratione nobilitatis, uel honoris. Nam illi etiam dicuntur potentiores, ut in l.3.C.de cõmer.& merca.& in l.2.C ut rusti.ad nullum obsequi. deuo. libro vndecimo, & de istis potentioribus non loquitur iste text. humani enim moris est illum vereri cuius iudicio & voluntate, nunc erigitur nunc deprimitur, 16.q.1.c.visis infra medium, reuerentia enim exigente obedire compellimur 8.q.2.cap.illud. Secus † est ergo si est potentior ratio-
2 ne officij, & de ista potentia loquitur iste tex. ut in l.si per impressionem, C.quod met.cau.& in l.quicunq;, C.si quacunque præd.pote.& in l.1.C.si rec.prouin.secundum Innocen.in cap.secundo, extra de alie iud.mu. causa fac. Et hoc expresse probat iste tex. ibi dum dicit quod illæ sunt potentiores personæ quę possunt inferre timorem alienatoribus, & sic non loquitur de potentiori ratione nobilitatis uel dignitatis, & ita tenet Glos.& Bart. C.ne lic.pot.l.1.& Spec. in ti.de cess.act.§.1.ver.cæterũ,& Bar.in locum miles, ff.de alie.iud. Et est differentia inter titulum de alien.iudic.mu. cau.fac.& titulum ne lice.pot. quia primus titulus habet locum in potentiori ratione diuitiarum. secundus titulus habet locũ in potentiore ratione officij secundum Bar.in l.1. C.ne li.potentio. Item primus titulus habet locum quando alienatur res de qua intendebat facere litem secundus verò loquitur etiam si non intendebat facere litem. Item inter titulum de alie.iud. & titulum de litigiosis est differentia. nã primus titulus habet locum, ut dixi quando alienatur res de qua intendebat facere litem. secundus titulus loquitur quandò post litem motam fuit facta donatio, ut C.de litig. l.fi.& dicit Spec.in ti.de alie.iud.in fi. Item titulus de alie. iudic. habet locum quando fit donatio potentiori. tit. de litigiosis habet locum etiam si non fiat donatio potentiori. Item titulus de alie.iud. datur ad interesse, interdum ad ex-

pensas, vt in l.1.§.item si locum & ibi Bart.ff.de alien. iud. Sed per titulum de litig. alienans perdit ipsam rem, vt in auc.litigio.C.de litigio.

3 SECVNDO no.ex tex.† ibi, adoptionis, q; quis non potest se dare in adoptionem potētiori, vt potentiori, quod intelligitur vt dixi supra in 1.no. & exponitur hic adoptio, arrogatio, quia per adoptionem nō transeunt bona filij adoptiui in patrem adoptātem, sed per arrogationem sic, quo ad vsumfructum, vt instit.de acquisitio.per arroga.§.1. Tertio no. ex illo text.ibi, defensionis, q; officialis nihil potest recipere pro defendendo aliquē etiam ad Iustitiā immò punitur ille qui donat & punitur etiam ipse officialis qui recipit extraordinariè arbitrio iudicis, vt not.in d.c.2.extra de alie.iud & in l.2.C.ne lice.pot.& in Spec.in tit. de ces.act. §.1.vers.cæterū.non enim licet dare pecuniam iudici, vt iustam ferat sententiam, vt in l.1.ff.de conditio. ob turp.cau. immò si hoc facit litigans perdit litem suam, & datum, vt ibi not.& l.1.C.de pena.iud. & not.in c.statutum, in versi. gratis, de rescript.lib.6.de quo per Bar.in l.1. ff.de calum. & in l.eidem.ff.ad l.Iul.repetun.Docto.in d l.1.ff.de conditio.ob turpem cau.

4 QVARTO not.ex tex.quòd † iura præsumunt contra potentiores personas, quia potentior præsumitur violentiam inferre facilius, vt C. quod metus cau. l.ad inuidiam. hinc est quod dicitur in ecclesiastico, 8.c.non litiges cū homine potente ne forte incidas in manus illius.nō contendas cum viro locuplete ne forte econtra constituat litē tibi, multos enim perdidit aurum & argentum, & vsque ad corregum se extendit. Item potens præsumitur tenuioribus afferre iniuriam, l.illicitas. §.ne potentiores, ff.de offi. præsi. Item præsumitur quod opprimant debiles in opportunis eorum necessitatibus, vt in d.l.1.C.ne lice.poten. Itē præsumitur quod aduocati potentioribus deferant non suspiciendo patrocinium cōtra eos, sed potius pro eis scilicet potentioribus aduocant, vt ff.de postu. l.prima.§.non solū. Item iudex præsumitur potius deferre potentioribus quam Iustitiam impotentibus ministrare, vt in auct. vt omnes obe.iud.prou.§.neque lateat.

5 QVINTO not.ex tex.ibi,parentes,† q ratio sanguinis excusat, vt non videatur facta donatio in potentiores, quamquam parentes fuerit potentiores ratione officij;vnde valet cessio facta clerico consanguineo,vt dicit Bal.in l. per diuersas, C.manda.& hic est vnus de effectibus consanguinitatis, de quibus dixi supra in rubrica de iure protho. Et an idem sit in patre, vt possit legare filio potentiori ratione officij,certe sic per id quod no.Gl.in l.si ita quis,§. ea lege.ff.de ver.obl.quia de patre ad filium dicitur potius continuatio quàm trāslatio,vt in l.in suis,ff.de lib.& posthu.& ibi habuistis hoc anno, & no. Glo. in c.2. de feu.cogni.Nā appellatione parentū nō veniunt filij,sed ascendētes,vt no.in l.2.§.parētes,ff.ne in ius vocan.& C.e.tit.l.2.

6 SEXTO not.ex tex.q†potentiores personas appellamus illas,quæ non solùm per se potentiores sunt,sed etiam illas quæ habent coniunctum potentiorem propinquiorem vsque ad secundum gradum. Nam si litera dixisset propinquos intelligeretur vsque ad quartum gradum,vt no.Glos. in c.requisisti extra de testamentis,& facit quod no. in l.licentiam. C.de episc.& cler. sed littera dicit propinquiores p comparatiuū quod restringit positiuum suum, vt in l.vbi autem,in prin.ff.de verb.ob.& extra de elect.c. cū dilecti, ver.versi.& no.Doct.in l.exigendi, C.de procur. Sed quid si fiat alienatio alieni familiari potentioris domini. Certè idem est,sicut si fieret potentiori, secundum Innocen. in d. c.2 de alien.iudi.& no.in d.l.1.C.ne lice.poten.Sed an clericus intelligatur potentior laico ratione officij, videtur q sic,vt patet in c.diligenti,cum concor.extra de foro compe. vbi propter priuilegium fori, cui per clericum renunciari non potest,dicitur potentior laico.Item quia ecclesia similiter potentior est laico,quia nunquam moritur, vt in c.1. & si clientulus,de alie.feu.In contrarium videtur quod immo quilibet laicus potentior est clerico,Vt dicit Host. in sum. de al.iud.§.fin.ex eo quia terribilior, vt 2.q.7.c. alieni. & no.Domin.de Rota,deci 177.inci.cessio facta.Solu.vt dicit Spec.in dicto §.1. de cessio. ac.& Docto. in d.c.2. de alie. iud.& per Bald. in d.l.per diuersas, in vlt.col. per Bart.in l.1.ff.de alie.iudicij.

7 SEPTIMO not. ex tex. ibi, timorem, q † non sequitur officialis potest inferre timorem, ergo contractus factus cum officiali, est meticulosus. hoc idē tenet Bal. in l. ad inuidiam. C. quod met. cau. ubi dicit q quando administratio est annexa dignitati non præsumitur metus illatus per habentem dignitatem in cōtractu nisi alia indicia illati timoris uel metus posset probari, quia dignitas non debet obesse, sed prodesse; ut in l. si longius, in fi. ff. de iudi. & ita tenet Bar. in d. l. ad inuidiā, ubi dicit q quando officialis facit cōtractum nullo metu adhibito ualet nisi si solitus alteri inferri metum. de quo per Bart. & Ludo. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori. ff. de no. oper. nun.

8 OCTAVO no. ex tex. q † propter metum adhibitū in contractu, dicitur contractus peccare in libero cōsensu. Nemo enim in necessitate constitutus dicitur liberè agere secundum Bal. in consi. schismatis licet coacta voluntas, voluntas sit, vt ibi per eum in d. cōsi. qui multa dicit de materia metus, & in l. inter positas, C. de trāsac. & de materia metus habemus titulos in iure ciuili & canonico, extra de his quę metusve cau. fiunt, & ff. eod. & C. quod met. ideo hic me non extendo.

NONO not. ex text. q promissio beneficij trahit hominem ad suam voluntatem, sicut etiam dicimus in teste, vt propter promissionem, vel propter pecuniam quam habuit

9 † pręsumitur satis fecisse desiderio illius qui eum corrupit, vt in c. 1. §. sed enim, ibi corrupti forte odio, gratia seu pretio, quid sit inuesti. Sed hoc non cadit in aduocatis scientibus id quod dicit Io. And. in addi. Spec. in tit. de aduo. §. hic dicēdum, in addi. quæ incipit, dicit Gui. Anglicus q vna de cautelis aduocatorum est quòd nō credant promissionibus magnatū, vt C. de lati. lib. tol. l. 1. §. similique modo, in fi. dicūtur enim simplices homines illi qui credūt suasionibus, vt dicit Bald. in l. 1. in princ. C. ne fil. pro pa. maximè si sunt promissiones generales quæ non ligāt promittentem, vt in c. cum venissent circa medium, & ibi Doc. extra de insti. & ideo no. ibi Doc. illud vulgare q multos decipit, lo bē fare mo. qui licirū est de vento seruitur, vt dicit ibi do. Card. faciūt ea q̄ habētur in l. ita stipulatus, la grande. ff. de uer. ob.

10 DECIMO not. ex text. q. † si potentior presumpserit in se fieri donationem per aliquam iussioné q. priuatur re ipsa donata & præstabit fisco æstimationé eiusdem rei. Sed an fiscus habebit ipsam ré & penam. videtur q. sic quia tex. loquitur per dictioné, & quæ côiungit, vt in l. si quis ita stipulatus fuerit, ff. de verb. oblig. sed in contrariũ facit, quia non est addenda afflictio afflicto, vt ff. de offi. præsid. l. diuus. Affligetur enim ipse alienatus si res ipsa applicetur fisco, ex quo afflictus est patiendo impressioné a potentiori, & hoc vltimum videtur verius inquantũ dicitur in text. si quis autem ex potentioribus, sed si habes si quis autem ex alienatoribus, tũc sit vera positio casus, vt res & æstimatio eius applicetur fisco, si facta sit donatio in potentioré eo animo, vt in potentiorem fiat, vt dixi supra in primo no. quia tũc ipse deliquit, & ideo ipse ponitur. probabitur auté iste animus ex verbis & factis præcedentibus, vt no. Gl. in l. 1. in §. cũ, ff. de consti. pecu. l. apud Celsum, in prin. ff. de do. excep. & in cle. 1. de homi. & de probatione animi p. Bal. in l. moueor. C. de ser. expor. & per Glo. in l. 1. C. de sicca. & Bar. in l. Fulcinius, & l. qđ auté, ff. ex qui. cau. in pos. ea. & in l. Labeo. ff. de suppel. lega. & Gl. in § aliæ insti. de actio.

11 VNDECIMO & vltimo no. ex tex. q. † fiscus est ille qui imbursat penas legales de qua materia plené p. And. in c. 1. quæ sint rega. & tetigi in §. præcedenti. in 8. not. & in istis penis impositis a lege iudex debet esse sollicitus in earum exactione, & post exactionem curet fisco assignare, alias de suo illas fisco soluere tenetur, vt in auct. vt defun. seu fun. eo. §. pe. Possem pro telare materiam huius §. in lõgũ, sed quia omnia essent extra materiam iuris cõgrui, ideo omitto. Et hic finiunt verba Federici, & sequuntur quædã leges grece loquẽtes de iure Prothomiseos, & iste leges græce non seruantur nisi vbi est consuetudo vel statutum, quia sunt leges locales, ideo sequitur. §. scriptum est.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui a quibus introductum.*

Lex paulatim ex desuetudine labitur.

Leges

2 *Leges princeps quas voluit obtinere.*
3 *Lex per non vsum an tollatur, & quando.*
4 *Ius Prothomiseos ratione cuius vendicet sibi locum inter coniunctos.*
5 *Vicinus in iure congrui nunquid compellatur emere plura corpora diuisa vno pretio vendita. 6.*
Solutio particularis multa incommoda inferre potest.
7 *Accessorium in venditionibus nunquid sequi debeat principale.*
8 *Maior pars in iure congrui an trahat ad se minorem.*
9 *Modicitas in rebus an veniat consideranda, & quid operetur.*
Transgressor in modico non vituperatur.
Feudum non perditur modico damno.
10 *Ius Prothomiseos in rebus non coniunctis cessat.*
Minima quando veniant in consideratione. Et de modico quando attendatur.
11 *Terminus qui datur præsentibus ratione absentiæ prorogatur.*
12 *Contrahentibus non licet pœnitere in vicini præiudicium quando agitur de iure congrui.*
13 *Vicinus an habeat ius congrui contra euincentem.*
14 *Vicinus an possit agere iure congrui contra venditorem pretio nondum soluto.*
15 *Ius congrui an transeat in emptorem. 19. 20.*
16 *Victoriam habere dicitur qui habet sententiam pro se.*
17 *Denunciatio in iure congrui debet fieri solenniter.*
18 *Vicinus dupliciter iuri congrui potest renunciare, & quomodo.*

§. SEXTVS.

6. SCRIPTVM EST. Hic est sexta pars principalis in qua dicitur ꝙ in legibus græcorum de iure Prothomiseos cauetur, ꝙ ille qui habet ius congrui ratione vicinitatis si est præsens in ciuitate, vbi res venditur, uel in ipso loco habitat vbi venditur res, habet quatuor menses ad petendum ius cõgrui a die requisitionis. & sic requiritur denunciatio secundum leges græcorum, si autem ille cui competit ius congrui ratione vicinitatis sit absens ab illa terra in qua est res quæ venditur, tunc habet vnum annum a die scientiæ ad petendum ius congrui, sed secundum istam

legem currit annus a die requisitionis, & hoc veturi nisi fuisset uicinus requisitus a uenditore si uelle emere, & ipse renuntiasset. Nam statim post renunciationem exclusus est a iure congrui. h.d. vsque ad.§.item de ipsa.

1 NOTA primo ex text.q † ius congrui est introductũ origine a græcis, & sic est ius ab antiquo tempore introductum, imo etiam in veteri testamento de hoc iure cauetur, vt dictum fuit supra in rub. nouissimis temporibus confirmatum præsentis Federici sanctione & consuetudinibus & statutis ciuitatum communiter per Italiam seruatur. Ergo hęc lex in toto isto regno Siciliæ, quia iste Imperator fuit Rex huius regni, & Hierusalẽ, & Siciliæ dominus, vt dicit And. in cap. 1. in princip. de capi. corra. Sunt tamẽ aliquę ciuitates in isto regno, quæ nõ habent ius congrui, & hoc est de consuetudine, & sic lex ista tollitur per non vsum. ex desuetudine enim lex paulatim omnino penè cadit. & vsus hoc præcipiens in aliam transfert figuram, vt in auten. de iudi. in princip. & facit bonus text. in auct. vt ordo dig. serue. in princip. lex enim non vtendo perimitur, vt in auct. qui mo. natu. effi. sui. §. fina. & C. de repu. l. fin. & ideo conquiescit, vt instit. de excep. in fi. & quod lex per desuetudinem obumbretur, voluit text. in proę. insti. in. §. igitur, &

2 ideo princeps eas tantum leges † obtinere voluit quas vel iudiciorum frequentissimus ordo exposcit, vel longa consuetudo vrbis Romæ approbauit, vt. C. de vete. iur. enucl. l. 1. §. nulla itaque, & hoc dicitur ius optimũ, vt. C. de vsur. l. prima. vnde concludo quòd lex ista tollitur per desuetudinem. Nam in ciuitate Auersæ vbi non seruatur ius congrui, vel alibi vbi nunquam fuit obseruata hęc lex, ibi non poterit allegari lex ista in iudicijs. Cum in iudicijs allegata non seruentur per iura allegata. Aliàs si per milles annos allegata non fit in iudicijs, non per hoc abibit in desuetudinem hæc lex, quia interpellatione opus est. Nam sic inducitur consuetudo in cõtradictorio iudicio, vt no. in c. Abbate, de verborum significatio. id enim quod vsitatum non est fieri nõ potest, vt ff. de aqua plu. arc. l. si prius. §. 1. & ita concludit Luc. de Pen. in l. præsto, C. de pala. sacr. larg. lib. 12. in l. euidenter, C. de excusa. mu. & in l. prima. C. de

colla.

tolla. dona. lib. to. sed Iac. de Bel. in auc. de hęre. & fal. post prin. in ista q. an lex tollatur per nō vsum sic distinguit per quinq; capita, & primo aut lex non est seruata, nec in contrarium obseruatum, secundo aut non est seruata, sed semper in contrarium obseruatum, tertio aut lex aliquādo est seruata, sed malus vsus eam transtulit in aliam figuram, quarto aut lex aliqñ est seruata, sed postea desijt frequentari, & cępit tacite in desuetudine abire, quinto aut lex est aliquando seruata, sed bonus vsus eam transtulit in aliam
3 figuram. † Primo casu lex nullo tempore tollitur, vt C. de legi. l. leges, & de diuer. pręsc. l. falso, 4. dist. c. in istis. Secundo casu sine dubio tollitur lex per consuetudinē, vt in d. §. igitur, & in l. vetustissimam, C. de iu. do. impe. Tertio casu quando malus vsus eam transtulit in aliam figuram, eo casu tollitur per desuetudinem, vt in auc. de iud. post prin. Sed in hoc distingue, vt in auc. vt nul. iud. §. 1. Quarto casu, & tunc etiam per desuetudinē tollitur, vt in §. 1. in auct. de hęre. & fal. & ff. de interro. act. l. 1. §. interrogatorijs. Quinto casu non tollitur per desuetudinē, sed per contrariā consuetudinē, vt no. in l. de qbus, ff. de legi. & C. com. præd. l. venditor. §. si constat, & C. quę sit lon. consue. l. fi. facit, l. fi. ff. de plag. & hæc distinctio videtur esse etiā de mente Cy. in l. rem non nouā, C. de iud. & ex ista distinctione poteris colligere in quibus locis seruatur hæc lex.

4 SECVNDO NOTA ex textu, quôd † ius congrui vendicat sibi locum inter coniunctos ratione rei stabilis, non autem inter coniunctos ratione sanguinis tantum, & hoc expresse probet ille text. ibi, dum dicit per cōfinem secundum ipsam propinquitatem, & ita etiam seruatur in ista ciuitate Neapolis, licet in aliquibus partibus regni per statuta, seu consuetudines habet locum ius congrui ratione sanguinis tantum prout dixi supra in rub. de priuil. sanguinis.

TERTIO NOTA ex tex. ꝙ s̄m leges Græcorum tempus petendi ius cōgrui est tēpus quatuor mensium inter præsentes inter absentes est annus, & currunt ista tempora a die requisitionis secundum istum text. qui expresse dicit. Ita tamen si fuerunt a venditoribus requisiti. Regu-

laritec

l. quod si vno pretio, & ff. de mino. l. tutor. §. 1. & ff de ædil. edic. l. cum eiusdē, & ff. de sol. l. si quis alium, in prin. merito videtur q̃ vicinus non habet ius congrui volendo solum domum emere.

6 IN contrarium tamē est veritas, q̃ † vicinus possit emere domum coniunctam absq; eo quòd compellatur emere terram, quia licet domus & terra vnico pretio sint venditę, tamen plura sunt corpora diuisa, domus & terra, quia quot sunt res separatæ, vna ab alia tot sunt venditiones, argu. l. scire debemus, ff. de verb. obl. & ꝓ hoc facit, quia si plures fundi sunt venditi vnico pretio, si euincitur vnus fundus, ad illum vnum agitur de euictione, vt in l. cum plures, ff. de euictio. Sic in proposito nostro, si in vna re vendita vicinus habet ius Prothomiseos, non est dicendum quòd propter terram venditam ad quam non habet ius Prothomiseos nec illam emere intendit, quod perdat ius congrui ad domum, ne facto venditoris vēdentis plures res vnico pretio fiat præiudicium ipsi vicino, habenti ius congrui a iure communi per illam legem, quia beneficium concessum a lege per priuatam tolli non potest, vt in auct. de nup. §. nō solum, neq; per alterum debet iniqua conditio alteri afferri, vt ff. de reg. iur. l. non debet. Nec obst. in contrarium allegata secundum Baldum hic, quia illa habet locum quādo vēditur vna domus plura habens membra, & vicinus vellet partem illius emere iure congrui, tunc non admittitur nisi ad totum aut ad nihilum, & sic quando venditur vna res,

7 vel vnum corpus, † cum pluribus accessorijs non licet emere accessorium sine principalis, facit ad hoc quod no. glo. in l. cum eiusdem, ff. de ædil. edic. at nos loquimur quādo plura corpora separata venduntur licet vnico pretio, vnde licet vna sit venditio respectu pretij, tamen respectu pluriū corporum possunt dici plures emptiones & venditiones, quia pro singulis potest agi actione ex empto, vt ff. de act. empt. l. si vno, & facit d. l. scire debemus, & pro hoc facit q̃a si testator vnico contextu verborum plures res legat, tamen quot sunt res tot legata esse censetur, vt ff. de lega. 2. l. 2. & legatarius potest vnam repudiare & alteram petere, quod secus est in vna re tantum legata, quia non potest

partem petere & partẽ repudiare, ut ff. de leg. 2. l. nemine & similem distinctionem feci in c. 1. in prin. quid sit inuest. In 4. not. in q. an sufficiat capere possessionem cuiusdam rei feudalis, uel omnium rerũ feudaliũ de quo etiã per scrib. in l. 3. ff. de acqui. pos. & sic concluditur q; uicinus potest petere domũ sibi adiudicari iure congrui, absque eo q; compellatur terram emere.

8 SED ITERVM quæro, † pone q; quis uẽdidit omnia bona sua. Ego peto me admitti ad emptionem omnium bonorum ipsius ratione alicuius rei ex ipsis mihi coniunctæ sed emptor dicit recipias tantum rem coniunctam iure congrui, quærit quid iuris. Respondit hic Bal. q; uicinus admittitur ad ius cõgrui solum ratione illius rei, quæ est sibi coniuncta & non ad alia bona uendita, quia istud ius congrui est ius reale, & afficit rẽ ipsam coniunctam, & non aliã non coniunctam, & iudex illam ęstimabit, deducta æstimatione aliarum rerum uenditarum in communi, ut ff. de leg. 2. l. si quis ex ipsis, & l. qui solidum §. 1. eo. ti. Sed ego quæro quid si quis uendidit omnia bona sua stabilia ita q; omnia sunt uicina fundis meis pręter unum fundũ modici pretij, ego uolo istum fundum, una cum alijs bonis ratione iuris Prothomiseos, quod habeo ratione maioris partis bonorum uenditorum, quæritur quid iuris, uidetur prima facie, q; etiam in illo fundo ratione maioris partis bonorum uenditorum in quibus habeo ius congrui competat ius Prothomiseos, quia maior pars trahit ad se minorem, ar. c. auditis §. ipse uero, de ele. & in c. 1. extra de his q̃ fi. a ma. par. cap. & ff. ad muni. l. quod maior, & ff. de pac. l. iurisg. §. si. & l. maiorem. Item quia de modica re non est curãdum, nam licet post tempus non liceat purgare moram, tamen infra modicum tẽpus licet, ut in l. si ita quis. §. feia. ff. de uer. ob. facit,

9 c. potuit, locati. Item † ubi res est prohibita alienari, non tamen intelligitur modica res prohibita, ut no. in Gl. in auc. de her. & fal. §. hinc nobis, in uers. substantiam, & ibi dicit Ang. q; illa Glo. facit ad statuendum dicens, q; nullus possidens apotheca possit capi personaliter, quia si aliquis possideat uilissimam apothecam non gaudet commodo statuti, facit q; dicit Bal. in l. 2. C. de rescin. uẽ. in 12. q. ubi dicit, q;

qui

qui parum transgreditur non vituperatur, alleg. l. Aristo. & ff. de cond. & de l. quamuis, facit etiam quod dicit Bal. in l. sciendum, & ibi glo. ff. qui satis. cog. ꝙ licet possidens stabilia releuetur ab onere satisdandi, non tamen releuatur possidens domunculam vel cespitem terrę, accedit ad hoc 12. q. 2. c. tertulas, & quod no. Ang. in § hoc etiam, in fi. in auct. de alie. emphy. Item si vasallus sciat domino imminere damnum debet reuelare domino alias perdit feudum, tamen si 1 non reuelat modicum damnum non perdit feudum, vt in c. 1. §. præterea, & ibi dixi in secundo no quæ sit pri. cau. bene. amit. Regulariter autem de modicis non curat prętor vt in l. si post moram, ff. de commo. & ibi plene per Iacobi Butr. qui ponit fallentias ad hoc.

SED IN contrarium facit, quòd non habeat locum ius congrui in illa modica re ratione maioris partis bonorum vicinorum. Primo quia ista res est separata ab alijs
10 rebus vicinis, † & in rebus non coniunctis non habet locum ius Prothomiseos per istam legem nec ob quòd res est modica, quia etiam minimum est in consideratione. Nam seruus dicitur habere peculium licet minimum habeat, vt ff. de ædil. edi. l. si quis venditor, in fin. & facit ad hoc quod no. Bal. in l. 1. C. quæ res expor. nõ debe. vbi dicit quòd illę qui est prohibitus portare vinum, non potest potare vnam phialam causa gustus. Ista quæstio potest terminari ex his quę not. per Paul. de Castr. in l. quinque pedum, C. finium regund. vbi dicit, pone quòd dicat statutum quòd ille qui habet prædium quatuordecim mediorum, iuxta prædium alterius quatuor mediorum possit compellere illum ad vẽdendum illud prædium quatuor mediorum, dũmodo non sit prædiũ illud vltra quatuor media, pone ꝙ est vltra quatuor media, forte esset quatuor modiorum, & quartæ partis vnius modij, vel quintæ, vtrum propter tam modicum cesset dispositio statuti, dicit ipse ꝙ sic, quia quando receditur à iure speciali & acceditur ad ius commune non curandum de modico, vt in l. scio, de in integr. restitu. Sed hic receditur a statuto q̃ est de iure speciali, & acceditur ad ius commune quo iure nullus compellitur rem vendere, vt in l. nec emere, C de iure delib. ergo a cõtrario sensu si nõ receditur

ceditur a iure communi de modico est curandum, vnde cũ ius congrui sit ius commune per istam legem dicendum est quod in illo modo in quo non est congruitas non habet locum ius congrui, ratione aliarum maiorum rerum venditarum in quibus habet locum ius congrui. Secus ergo dicendum est, si per statutum permissum sit ius congrui, & hæc videtur ipsa veritas.

15 QVINTO NOTA ex text. q † secundum legem Grecorum præscriptio per quam vicinus excluditur a iure congrui, est inter absentes vnus annus, & inter præsentes sunt quatuor menses. Sed contra hoc oppono de constitutione regni, duram consuetudinem, de præscrip. vbi tex. vult quòd in isto regno sint cassatæ & annullatæ præscriptiones anni, mensis, & diei, & horę, & illa constitutio fuit post istam. Nam ista lex fuit de primis legibus quas ordinauit Federicus, merito videtur quòd ius congrui poterit peti etiam post annum. Similiter dicta constitutione tollit præscriptionem anni, mensis, diei, & horæ quæ fuerant inductæ per consuetudinem, non autem tollit præscriptionem anni, mensis, diei, & horæ, quæ fuerunt inductæ per legem. Sed hęc solutio nõ placet, quia sequeretur quod si cõsuetudo, vel statutum esset quòd prescriberetur ius congrui per annum, talis consuetudo vel statutum non valeret, quia consuetudo quæ est ante vel post constitutiones regni contra aliquam regni constitutionem non valet, vt dicit Glo. in procemio constitutionum regni, in fin. & not. Io. And. in c. 1. §. fi. qualiter olim feu. alie. pote. Quare solue melius quod ibi tolluntur prescriptiones anni, mensis, diei & horæ, per quas tollitur dominum, non autem sublatæ præscriptiones anni, mensis, diei, & horæ, per quas non tollitur dominum absque pretio, prout est in materia iuris congrui, & hoc videtur esse de mente glo. in dicta constitutione duram.

SEXTO NOTA ex tex. q ratione absentiæ prorogatur terminus quid datur presentibus vltra medietatem termini, regulariter autẽ prorogatur absentibus terminus vsq; ad medietatem, vt patet in præscriptione 10. ann. inter presentes, & 20. inter absentes, vt in §. 1. Inst. de præsc. cum

simi.

simi. Sed hic absenti prorogatur per duos menses ultra medietatem termini qui datur præsentibus.

SEPTIMO NOTA ex tex. ibi, in venditione, q

12 † non licet contrahentibus pœnitere in præiudicium vicini, si contractus venditionis erat perfectus, immò si postea emptor & venditor pœnitentia ducti resoluunt contractum poterit vicinus rem illam petere iure congrui, & hoc probat. iste tex. qui simpliciter requirit contractum venditionis esse perfectum, ut vicino competat ius congrui, & nihil dicit quod fallat nisi pœniteat, & sic generaliter est intelligendus, ut l. de pretio, ff. de publici, cū. simi. & pro hoc facit bonus tex. in c. 1. quid iur. si post alie. feu. vasal. quis recupe. Item quia in executionibus iuris non est locus pœnitentiæ, l. 1. §. si rem, ff. depo. l. rogasti, ff. de præscr. verbis & no. 36. quæst. 2. c. si quis nō dicam rapere, faciunt ad hoc ei quæ habētur in illa quæstione, si emphyteuta vendidit rem irrequisito domino, & sic propter istam culpam perdidit rē, ut in l. 2. C. de iure emphy. An si postea pœnitentia ductus recuperat ipsam rem sit excusatus à pœna, de quo per Bar. in l. 4. §. idem Labeo, ff. de vsuca. & per Io. de Imo. in cap. si quis, de reb. eccl. non alie. & in c. potuit de loca. & per Barto. in consi. suo 34. incip. absque longa, & in Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua, versiculo 96. & per Bal. in l. si quis non dicam rapere, C. de episco. & cler. & Saly. in l. fin. C. de iure emphy. & Barto. in l. 1. C. de grege Dominico. lib. 12. & Bald. in l. fina. C. de rei vendica. & in l. quoties, ff. de hæredi. instituen. & Petr. de Ancha. in regula peccati venia. li. 6. & dixi in c. 1. §. item si de lator, quæ fuit prima cau. bene. amit. Prædicta vero intelligo si ex venditione translatum esset dominum in emptorem, licet possessio adhuc sit penes venditorē. quod potest esse quando precario se nomine emptoris possidere constituit, ut no. Bal. in l. 1. C. quādo liceat ab emp. discede.

SED IVXTA PRÆDICTA QVÆRO

13 † de aliquibus quæstionibus, & primo quid si venditur res, & antequam vicinus ab emptore euincat iure Prothomiseos res euincitur ab alio, ab ipso emptore an contra illum qui euincit vicinus habeat ius congrui. Dic quòd non sicut

dici-

dicimus quod quando res alienatur ex causa necessaria, put ta per sententiam iudicis non habet locum ius congrui, vt supra dixi in §.3. eadem ratione quando res euincitur & possessio penes alium vadit non competit ius congrui contra possessorem, quia alienatio est necessaria ex causa euictionis siue res sit uicta per sententiam iudicis siue per sententiam arbitri qui vt iudex reputat, vt in l. prima, ff. de arb. siue per sententiam arbitratoris, cuius sententia habetur vt transactio, vt in auc vt differt. iu, post principium. Et in transactione non habet locum ius congrui, vt in §. 3. supra eo. ergo &c. Sed quid si res venditur cum conditione quod si vicinus petat ius cõgrui res sit inempta an habeat locum ius congrui, videtur quod sic, quia talis cõ ditio fuit apposita ad preiudicium tertij, scilicet vicini, & res inter alios acta tertio non preiudicat, facit bonus tex. in l.qui balneum, & l.qui potior, ff qui pot. in pig.hab.In contrarium videtur, quod talis venditio pendet ex futuro euentu, scilicet quòd si uicinus non petat ius congrui, tunc res sit vendita, sed si petat uicinus sit ipso iure resoluta. Potest autem fieri uenditio sub conditione, ut Insti. de empti. & uend.§.pen. Item quia potest fieri uenditio ad arbitrium tertij, ut l.si C.de contrah.em. & hanc partem puto ueriorem per tex.in l.si hominem, ff.de usufr. ubi uidetur decisio huius quæstionis.

24 ITEM QVÆRO de illa quæstione, † pone dicit statutum, quòd si uenditor non soluit gabellam, non possit petere pretium, accidit quòd quidem uendidit domũ emptori quæ mihi coniuncta est, & uenditor non soluit gabellam, emptor petit sibi domum tradi uirtute emptionis, ego uicinus peto eandem domum mihi tradi iure congrui, dicit uenditor quòd ipse non tenetur ad tradendum emptori, quia pretium nondum solutum est, nec ad pretium potest agere uigore statuti, & non est conueniens quòd emptor habeat rem & pretium, argu.l.1.C.si seru.exte.& sic liberato uno ex contrahentibus hoc est ipso emptore a solutione pretij, alter scilicet uenditor effectualiter nõ tenetur ad tradendum, ut in l.bona fides, ff.de act.empt. Item dicit uenditor quòd ipse non tenetur uicino ad tradendum iure

con-

congrui dictam domum, quia contractus est resolutus inter eum & emptorem, tamen hoc non obstante videtur dicendum, q̃ venditor tenetur ad tradendum ipsi emptori, & emptor non tenetur soluere pretium ipsi venditori vigore statuti. Et hoc in terminis nostris format Bald. in l. mortis casus, C. de peri. & commo. rei ven. & consequenter habebit locum isto casu ius congrui. Sed dubium stat in hoc cui ipse vicinus tenetur soluere pretium an venditori, an emptori, & certè si pretium solueretur emptori per vicinum emptor lucraretur cum aliena iactura, quia haberet rem & pretium duplicatum contra, l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. vnde videtur mihi ęquius quod debeat solui pretium per vicinum venditori, si res nondum sit tradita emptori, sed si tradita sit emptori, tunc pretium soluetur emptori per vicinum, & venditor ad illud pretium aget, non quidé ad illud pretium conuentum, quia illud non potest petere vigore statuti, sed ad illud pretium quod habuit occasione rei suæ à vicino, ad quod statutum non se extendit, sed intelligitur de pretio quod debebat soluere ipse emptor. Nã statutum est stricti iuris, & propterea venit strictè intelligendum secundum doctr. Bart. in l. omnes populi, in materia statutorum, ff. de iust. & iur. quia illud quod occasione rei meę ad te peruenit meum est l. hæc cõditio, & d. l. nam hoc natura, & l. indebiti, ff. de cond. indeb. & hæc opin. sapit maximam æquitatem

15 ITEM QVAERO † Quidam emit domum, & postea ego emi aliam domum collateralem illi domui primo emptæ. An ego habeo ius congrui ad illam domum primò emptam. Videtur q̃ non, quia ego emi vltimo loco, immo ille primus emptor aget iure congrui contra me. In contrariũ facit, quia si ille à quo ego habeo causam poterat agere contra illum primũ emptoré iure congrui, illud ius transit ad emptorem, vt in l. dolia, cum concor. ff. de contr. empt. & hoc verum procedit quando ille à quo ego causam habeo poterat exercere ius congrui, secus si non poterat exercere ius congrui, puta quia venditor esset ecclesia, vel fiscus, vel etiam rusticus qui non habent ius congrui, vt in §. fin. infra eo. & ibi dicetur. Nam tunc ex quo venditor non habet ius

petendi ius congrui, non potuit illud transmittere, quia nemo transmittit quod non habet, ut in l.2.C.de leg.& in l. traditiones, ff.de acqui.rerũ domi. Sed si ecclesia emit ab illo qui habet ius congrui, certè illud ius congrui nõ transit in ecclesiam licet illæ a quo habet causam ecclesia poterat uti iure congrui, & hoc ideo, quia ecclesia prohibita est uti iure congrui siue uendat siue emat per illum tex.in fi.

36 OCTAVO NO. ex tex. ibi uictoriam, † ꝙ ille qui habet sententiam pro se, dicitur habere uictoriam, quod patet quia, quando uicinus iure congrui obtinet domum coniunctam uidetur habere uictoriam, sic etiã aduocatus quando uincit in causa dicitur habere uictoriam, sicut miles quãdo uincit in prælio, cum aduocatus militi armorum æquiparetur, ut in l.aduocati, C.de aduoca.diuer.iu.

NONO no. ex tex. quod præscriptio temporis excludit uicinum a iure congrui, de quo dictum fuit in §.2.supra co.in 4.not.

DECIMO NO. ex tex. quòd requisitio seu denunciatio, quæ est necessaria in hoc iure congrui secundum tenorem huius cõstitutionis, debet fieri sollẽniter, quia tex. iste dicit solenniter requisiti, & sic non sufficit sola sciẽtia, quia ubi in denunciando requiritur certa forma, tunc semper denunciatio èst de substantia, nec sufficit sola scientia,

37 ut in d.l. denũtiasse, ff.de adul.† Ista sunt uerba. Bal.in materia denunciationis in l.post perfectam. C.de peri.& commo.rei uend.& de hoc fuit late dictũ in §.2.supra co.in 1. not.& ista solennitas consistit in hoc, quia debet uolens uẽdere requirere uicinum ante uenditionẽ si ipse uult soluere iustum pretiũ illius rei uendendæ, uel pretium quod ab alio inuenit, aliàs uicino non currit tempus ad petendum ius congrui, nisi a die denunciationis, & si denũciatio fuit facta post uenditionem ad effectum inducendi præscriptionem, tunc debet dicere ipse emptor uel uẽditor uicino qualiter factus fuit contractus uenditionis talis fundi pro tanto pretio, & a die prædictę denunciationis currunt illi. 30. dies secundũ legẽ Federici, uel secundũ consuetudinẽ Grę corum currũt illi quatuor menses uel annus prout dictum est supra in §.1.in 1.not. & q̃ ibi dixi hic repetẽda nõ sunt.

VNDECIMO & ultimo not. ex text. in finalibus
18 uerbis † q duplicitet uicinus potest renuciare iure cōgrui, scilicet tacitè & expresse. Tacitè cum permisit labi tempus in quo potuit agere iure congrui. Expresse quando renunciat per pactum, puta quia promisit uicinus emptori nō uti iure congrui contra eum. Sed quid si uicinus promisit venditori, q ipse non aget iure congrui contra emptorem futurum, an emptor possit postea se iuuare ex illo pacto, uidetur q sic, quia fit accessus de uenditore ad emptorē, ut in l. de accessionibus, ff. de diuer. & tēpo. præscri. & est bonus tex. in d. l. dolia. §. 1. ff. de cōtrahen. empt. &c. & ff. de pac. l. si tibi. §. pactum, Sed in contrarium facit. l. stipulatio ista. §. alteri, ff. de verbo. obligatio. ubi alteri stipulari nemo potest. Solu. pactum de iure congrui non utendo est reale, & ideò transit cum ipsa re non obstante q factum sit cum uenditore, quia rés transit cum sua causa, ut ff. de pigno. l. pignoris, & ff. de pigno. act. l. si cōuenerit. §. si fundus, & C. de distra. pig. l. si debitor. cū similì. Vide ad hoc ea quę dixi supra in §. 1. in 10. nota. Sunt autem multi casus in quibus ualet stipulatio facta alteri, & ille tertius ex illa stipulatione potest agere, de quibus per Bar. in d. l. stipulatio ista. § si stipuler, de uerb. obli. Sed quæro quid si promisit non mouere quæstionem super tali domo, an poterit postea agere iuri congrui contra emptorem eiusdem domus, dic quod nō, argum. d. l. stipulatio ista. §. si quis forte, ubi dicit Ange. q ille qui promisit non mouere controuersiam super domo, non poterit eam mouere super usufructu uel alio iure, & sic pōdera illud uerbum vel alio iure, quia per consequens uidetur compræhendere ius congrui.

VLTIMO QVÆRO, quidam volens uende-
19 re † quandam domum requisiuit uicinum si uellet emere, quia reperit emptorem, si ipse uicinus non vult emere. Respondit uicinus placet quod denunciasti, ille qui fecit denunciationem non expectatis. 30. diebus uendidit alteri & ille uicinus porro intra 30 dies uendidit domum suam alteri, nunc intra tempus iste nouus emptor qui emit ab isto uicino cui competebat ius congrui uult petere domum iure cōgrui, dicens quòd facta fuit accessio iuris con-

 grui

grui de uẽditore ab emptorem, ille extraneus emptor dicit ꝙ non tenetur ad tradendum iure congrui, quia eo ipso ꝙ vicinus vendidit rem videtur renuntiasse tacite iure congrui, quia non habebat intentionem habendi bona stabilia in illo loco ex quo sua vendidit in illo loco, cum nemo præsumatur incontinenti contraria agere, arg. l. nam ad ea, cum simi. ff. de condi. & dem. & sic ista renunciatio fuit realis, & consequenter transit in ipsum emptorem. Quæritur

10 quid iuris sit. † breuiter respondetur, ꝙ per venditionem non videtur quis renunciare iuri suo Protho. ꝙ iam cõpetebat, quia illud ius congrui videtur tacite vendidisse vnà cum ipsa reper. d. l. dolia, cum simi. supra alleg. ergo poterit agere iure congrui contra illum qui emit intra terminum 30. dierum secus si post terminum emisset. Nam tunc præscriptione venditor & emptor rei venditæ essent exclusi a iure cõgrui, & hoc etiam videtur esse de mente Bald. hic in 2. col. & do. Seba. in 1. cõsuetudine ciuitatis Neapolis de iure congrui in ver. emit. & hæc omnia dicta in presenti cõstitutione Græca veniunt per modum additionis ad textum præsentis legis domini Federici Imperatoris.

SVMMARIVM.

1 *Vicini qui sint in iure congrui potiores. 3. 5.*
2 *Priuilegiũ societatis maius est vicinitate in petẽdo rẽ iure congrui.*
Ius congrui Neapoli quibus competat.
4 *Vicinitatis maior numerus excludit minorem numerum coniunctorum in iure congrui.*
6 *Numerus impar præfertur pari.*
7 *Sanguine propior est in iure potior.*

§. SEPTIMVS.

§. IN ALIO QVOQVE, Hæc est septima pars principalis vbi recitatur quædam alia constitutio Græcorum quę similiter loquitur de iure Prothomiseos in qua quidem Græca cõstitutione cauetur quòd si rei vẽditæ vicinus est propinquus a tribus partibus præfertur alteri vi-

cino

cino qui est coniunctus ab vna parte, vel ex duabus partibus; intantum quod ille qui est coniunctus ex tribus lateribus habebit totam rem iure congrui totaliter excluso vicino, qui est coniunctus ex vno latere vel duobus lateribus. Sed si vnus vicinus est coniunctus duobus lateribus & alter vicinus ex alijs duobus lateribus vel ex vno latere tantum est coniunctus, & tunc res vendita proportionabiliter diuidetur inter ipsos quibus competit ius congrui secundum proportionem propinquitatis quam habent in illa re vendita. hoc dicit vsque ad § si autem.

1 NOTA PRIMO ex tex. quod † licet pluribus competat ius congrui, si plures sunt vicini coniuncti, vt dicit text. huius l. in princip. ibi dum dicit; autem deceni pluresve sint &c. tamen non omnibus vicinis competit, vbi est vicinus qui habet propinquitatẽ a tribus lateribus rei emptæ. Nam ille solus a iure congrui excludit omnes alios vicinos. Sed iuxta hoc quæro, quidam habebat domum pro communi & indiuiso cum Titio, vult vendere partem suã, an vicinus qui habet ius cõgrui a tribus lateribus præferatur Titio consorti, certe non, quia primò competit ius congrui consorti, vt dicit ista lex in principio; & postea deficiente consorte competit vicino, & inter vicinos præfertur ille qui est coniunctus a tribus lateribus alijs coniunctis exclusis & hoc tenet do. Sebastia. in vltima consue. de iure congrui, pro hoc facit, quia socius ratione societatis succedit imperiali largitati ipsi socio; excluso fisco, vt in l. 1.
2 C. si soc. imper. largi. lib. 10. patet ergo quòd † maius est priuilegiũ societatis quam vicinitatis in petẽdo rem iure congrui. Et est sciendum quòd in ciuitate Neapolis ius congrui primo competit soli consorti eiusdem domus. Secundo competit illi qui ex parte inferiori habet domum puta erat domus quæ habebat tria solaria, & erat diuersorum dominorum si venditur medium solare, ille qui habet solare inferius excludit illum qui habet solare superius, & etiam excludit collaterales vicinos, & eadem ratione si venditur solare superius habens solare medium præfertur habenti solare inferius & etiam collateralibus. Si venditur solare inferius ille qui habet solare super ipsum immediatum potest

test illud petere iure congrui exclusis alijs omnibus secundum consuetudinem Neapolitanam . Tertio competit ius congrui illi qui habet domum superiorem. Quarto his deficientibus competit collateralibus , Quinto competit illis qui sunt propinqui per capita,collaterales uero non habent ius congrui,ut dicit do. Seba.in præallc. consue.de iu.congrui quæ incip. si domus habet . Sed de hoc non fit mentio in ista l.ideò omitto examinare quod ibi tangit do. Sebast. Quomodo sciemus q; vna domus habens plura solaria dicatur vna domus vel plures domus . Item quare ius congrui competit inferiori membro potius quam superiori de quibus per eum .

3 SED iuxta materiam nostram † quæro venditur domus quæ est mihi coniuncta in tribus partibus , Sempronio vero est coniuncta ex vna parte, sed est consanguineus venditoris quis præfertur. Respondeo q; præfertur cõiunctus ex tribus lateribus seu partibus qui habet iura duplicata & ille non habet nisi duo iura , & tria iura vincunt duo , ut in auc.itaq; C.commu.de succes.& no.Gl.in ver.meliores,in auc.ut cle.apud prop.epis. Facit pro hoc illud quod dicitur q; probatio semiplena non derogat plenæ probationi secundum And.de Iser.c.1.§.inter pares,de leg. Corra.& Bal.in c.1.§.sacramentũ,de cõsue.rec.feu.& Bar.in l.1. ff.de ven. inspi.& Bald.in l.in bonæ fidei,C.de iureiu.Sed quid si est Sempronius coniunctus ex duabus partibus , & est consanguineus quis præferatur. Respondeo quòd quilibet pro medietate & pro æquali portione venit ad ius congrui , æquiparant enim tertiam vicinitatem coniunctioni sanguinis,& ideò cum in æquali vicinitate sint ambo veniunt ad ius congrui,quilibet pro medietate,& hoc est æquũ,licet ex mente literæ appareat contrarium dum dicit generaliter quòd habens tres vicinitates excludit omnes. Multo fortius si habeat quatuor,vt in auc.multo magis, C.de sacrosan.eccl.& ideò si Sempronius esset consanguineus & haberet tres vicinitates , certè ille præfertur alteri qui habet tantum tres propinquitates quia habet iura quadruplicata , arg. d. auc. itaque cum simi. supra alleg.

4 SECVNDO NO. ex tex. q; † maior numerus vicinita-

nitatum excludit minorem numerum coniunctionum, facit l.si debitori,ff.de fideiussoribus,ibi,quia maior tollit minorem. Nam & maiori parti standum est, ut extra de renun.c. cum inter,cum concord.& in l.nulli,ff.quod cuiusque vni. nomi.& ff.ad munici.l.quod maiori.cum si.Item si sunt tres iudices de legati statur sententiæ maioris partis, ut ff.de re iudic.l.duo ex tribus.Item in iudicibus ordinarijs,ut ff.eo. tit.l.Pomponius,& ibi Glo.& C.quando prouo.non est necess.l.cum magistratus.Idem in arbitris, ut ff.de arbi.l.item si vnus.§ fi.Sic etiam statur maiori parti creditorum vbi tractatur de parte debiti remittenda,ut ff.de pac.l.iurisgentiũ alias l,fnum. § hodie autem, & l.maiorem,& l.rescriptum in prin.Facit l.fi.C.qui bo.ced.pos.vbi dicitur quòd si debitori petenti inducias ad soluendum maior pars creditorum inducias tribuit status maiori parti creditorum facit d. l. maiorem, ff.de pac.& sepul. c.fi.& de hoc consuluit do.Io. Ludo.in consil.incip. debuit vnus, quod consilium positum est inter consilia Bal.

5 TERTIO NO. ex tex.ibi,vna pars,ꝙ † iste tex.potest habere duplicem intellectum,scilicet ꝙ dicitur vicinus qui habet vicinitatem vna vel duas, & ita posui in summario,secundus intellectus est quod habet ius cõgrui qui a tribus partibus est vicinus,& ille qui vicinitatem & vna partẽ tantum habet non habet ius congrui. Sed si a duabus partibus habet admittitur ad ius congrui cum illo qui habet ius congrui pro tribus partibus proportionabiliter id est, ille qui tres confines habebit tres partes, qui vero duos cõfines duas partes habebit, & iste intellectus est magis æquus.

QVARTO NOTA, ex tex. quòd vicinus habet ius congrui pro ea parte pro qua est coniunctus secundum portionem coniunctionis ut expresse probat iste tex.

QVINTO NOTA, ex text. de trino numero.
6 † & sic de numero impari. Felicius enim agitur aliquid in numero impari alias dispari quã in numero pari, ut ff.de arbit.l.item si vnus,& de offi.delegat. c.prudentia,in fi.& de numero perfecto no. Io.And. in fi.procemij lib.6.in versic. profectus,& de septenario & quaternario numero vide extra de cõsan.& affi.c.nõ debet,& de cele.mis.c.1.& 15.dist.

cap.1. Item de plurali numero & singulari in c. pluralis locutio.de reg.iur. in 6.

SEXTO NOTA ex tex.ibi potior, quod potior in sanguine est potior in iure congrui,sicut dicimus,quòd qui prior in tempore potior in iure vt in toto titu. ff. & C. qui pot.in pig.habe. Facit ad hoc etiam regula C.de potiori,ad mune. nomi. lib.10.

SEPTIMO ET VLTIMO NO. ex tex. quod
7 †paria sunt vicinum habere vnam coniunctionem si vicinus alter habeat alteram coniunctionem, & habere duas con-iunctiones si alter vicinus duas alias habeat coniunctiones & consequenter veniunt ambo pro æquali portione ad ius Prothomiseos ut æqualitas inter ipsos seruetur, vt in l.fin. C.de sump. & lit.expen.cum concor. & in auct.quib.mod. natu.effi.sui. §. filius, & de æqualitate seruanda multa dixi in c.1.Imperator Lotharius in illa quæstione magna an patruus succedat nepoti. Alia notanda hic non sunt propter breuitatem text. Ideo venio ad §. sequentem, qui incipit. Si autem concurrat.

Hunc §. non habebat exemplar vnicum, quod tunc habebamus; cum hæc præli festinatione è manibus eriperentur. Sed hæc etiam Constitutionem Neapolitanarum codex ille maximo apparatu chartarum atque characterum magnificentia Venetijs impressus,sed deprauatissime si quis alius vnquam.Porro sufficere nobis abunde puto,si glossam ipsam habuerimus, donec integer cõstitutionũ liber exeat. Liquet nanque constitutionis textum in frontispicio positum a sexta quidem particula ad finem vsque penitus inuersum. Fragrier.

SVMMARIVM.

1 *Vicinitatis ius in iure congrui potius est iure sanguinis.*
2 *Priuilegium accidentale potentius est naturali.*
3 *Coniunctionis diuersitas effectum producit diuersum.*
4 *Dictio prope idem operatur quod dictio iuxta.*
5 *Verbum habere quid importet.*

§.OCTA-

§. OCTAVVS.

§. SI AVTEM CONCVRRAT. Hæc est octaua pars, in qua narratur quædam alia constitutio Græcorum, quę vult, quod si ad ius congrui concurrant parentes iurę sanguinis & vicinus iure vicinitatis quod præferatur vicinus, qui prope est, in iure cōgrui, hoc dicit vsq; ad
1 §. est autem. Nota primo ex text. quod † si plures parentes, id est, pater, & mater, & alius concurrant simul ad ius congrui, & nullam coniunctionem habent respectu rei venditæ. Vicinus sola ratione vicinitatis omnes excludit, quia ius vicinitatis in iure congrui potius est iure sanguinis per istum tex. Sed per statuta ciuitatū in aliquibus terris aliud est statutum, & tunc in illa terra stabimus eius statuto, vt l.omnes populi, ff. de iust. & iu. Nam ex diuersitate locorū diuersa iura statuuntur, vt in proęmio. §. illud satis. Vnus ergo vicinus excludit multos parentes, sicut alias dicitur, quod vna ratio efficax vincit duas persuasiuas, secundum Baldum in l.pater filium, in repetitione, in 1. colum. ff. de in offi. test. facit quod no. Iaco. Butr. in l.si dominus, ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. ubi dicit q̧ una ratio in specie uincit duas in genere.
2 SECVNDO NOTA ex tex. q̧ † maius est priuilegium q̧ quis habet iure uicinitatis, & sic rei q̄ȧ priuilegium ratione personæ, quia ratione rei cohibicte præfertur uicinus parentibus, & sic potentius est priuilegiū accidētale, quā naturale, quod est cōtra l.si apud, ff. de mino. ubi potentius est priuilegiū ętatis, quod est naturale quā priuilegiū Velleiani uel Macedoniani quod est accidētale. Potest dici q̧ ideo uicinus pręfertur cōsanguineo ratione subiecti, quod est reale id est, ratione rei quæ uēditur in qua habet uicinitatem, ideo præfertur consanguineo qui nullum ius habet in illa re quę uenditur, & per hoc facit, quia licet cō sanguineus pro consanguineo, non sit idoneus testis, ut in lege tertia. §. lege Iulia, ff. de testibus, tamen ratione subiecti potest esse testis, puta, ad probandam ipsam consanguinitatem, ut 35. quæstio. 6. per totum. Et ideò si

vicinus esset consanguineus, admitteretur ad ius congrui, non ex persona sua sed ex persona alterius, ut ita dicam, scilicet ratione ipsius vicinitatis, arg. ff. de li. & posth. l. fi. & ff. de cōtratab. l. filium, & sic priuilegium ciuile iunctum cum aliqua naturalitate præfertur naturali solum, quia iura ciuilia naturalitati iūcta potiora sunt, C. de adop. l. cum in adoptiuis secundum Ang. in cōs. suo 101. incip. illustrissima domina Regina.

3 TERTIO NOTA ex textu, quòd † diuersitas coniunctionis diuersum producit effectum. Nam diuersa est coniunctio sanguinis a coniunctione vicinitatis, & sic diuersum producit effectum, quia prima coniunctio non habet ius congrui, secunda vero sic, sic etiam dicitur quòd beneficium ecclesiasticum non datur propter coniunctionem sanguinis, ut in c. 1. de præb. & pro hoc facit tex. 50. di. c. ut constitueretur, vbi dicitur q; varia experimenta morborum nos cogunt ad diuersa remedia, & sicut diuersitas corporū diuersitatem animorum sæpe inducit, ita diuersitas coniunctionis diuersitatem sententiæ inducit licet alibi dicat tex. quod diuersitas officiorum venustā reddit ecclesiam, ut 89. dist. c. ad hoc.

4 QVARTO NOTA ex tex. ibi, prope, q; † tantum habet operare dictio prope, sicut dictio iuxta, de qua dictione habes per Bart. in l. si statuta, ff. de iniu. & in l. Gallus, §. ille casus, ff. de libe. & posthu. & in l. fistulam, §. iustam, ff. de seru. vrb. prædio. & not. in c. Abbate, de verb. sign. & no. Bart. in l. decernimus, C. de aquæductis, lib. 10. vbi dicit, q; si res distat ab alia per decem pedes. nō dicitur iuxta eam, facit l. omnes, eod. ti. & l. quidam Hyberus, ff. de serui. vrb. præd. vide tex. in l. fi. ff. finium regund. sic etiam dictio ad, ponitur pro iuxta, ut dicit Barto. in l. item Labeo. §. conuicium, ff. de iniur.

QVINTO NOTA ex tex. ibi, habebat, quòd
5 † vicinus debet habere rem emptam per extraneum iure cōgrui cum effectu. Vnde nō liberatur ille extraneus emptor dando interesse, quia verbum habere, significat habere cum effectu, ut ff. de verb. sig. l. non tantum, §. fi. & istud verbum habere, sumitur duobus modis, primo iure domini. Nam

illud

illud quod est nostrum habere dicimur etiam si illud possideat alius, vt ff.de verb.signific. l.id apud se, & l.habere, & ideo datur rei vendicatio, vt in l.officium, & in l.rem, ff.de rei vendit. secundo ratione possessionis, vt in l.qui nauem, & ibi Lucas de Pen.C.de nau.Tib. li.11. & qui habet ciuilem possessionem dicitur proprie rem habere. Licet alius habeat naturalem, ut not. ff.de contrahend. emptio. l.si in emptione. §. omnium. Quis autem dicatur quasi habere, vide quod no. in l.prima, in fine, ff.communia prædio. Et scias quod hoc verbum habere, importat fideicommissum, ut patet in l.fideicommiss. & in l.qui concubinam, §.primo, ff.de leg.3. & ff de legat. secundo, l.Lucius, in princ. & per illa sit finis in illo breui.§.quem si coniungis, cum §.præcedenti, & seq. habebis vndecim notabilia ex istis tribus, §.& sic ex tota illa lege.66. notabilia habebis. Sequitur. §. est autem.

SVMMARIVM.

1 *Via publica non potest petere ius congrui. Et quid sit quo ad nomē & materia, & cuius latitudinis esse, debeat, 2.*
3 *Viam publicam facere qui possit.*
4 *Viarum forma est duplex. Et quis sit earum vsus.*
Imperator dicitur semper Augustus aptitudine non actu.
5 *Possessio momentanea quæ dicatur.*
6 *Viam publicam ante domum suā quilibet debet præferre. Et quæ via eligenda.*
7 *Via publica an possit per populum ciuitatis vendi. Et an possit præscribi. 8. 9.*
9 *Viam publicam & vrbis fossas occupantes qua pœna puniantur.*
10 *Peculatus crimen quid sit.*
11 *Vniuersitas an possit seruitutem imponere in via publica.*
12 *Via priuata quid sit, & quid vicinalis.*
13 *Ius congrui nunquid habeat locum in porticu.*
14 *Ecclesia non conuenitur iure congrui. Et quid sit ecclesia.*
Ecclesia triumphans, militans, defendens, & personalis quæ sit.
14 *Clericus iure cōgrui cōueniri an possit si nomine proprio emat. 16.*
16 *Sanctio canonica violata libertatem lædit.*

Clerici

liriter autem vbi expresse statutum uel consuetudo non requirit expressam denunciationem, currit illud tempus à die scientiæ, ut de hoc plene dictum fuit in §.2.in primo nota. Et aduerte ne erres, quia iste tex. non corrigit legem Federici quæ statuit tantum triginta dies ad petendum ius congrui, quia illa lex seruatur vbi non est contraria consuetudo in termino qui datur ad petendum ius congrui, non hæc consuetudo Græcorum, quia hic tantummodo referuntur consuetudines Græcorum, non autem ꝙ illæ debeant seruari, nisi vbi est talis consuetudo, qui enim declarat vel alios refert nihil de se facit l.heredes palam.§.sed si notam, ff.de test. Quidam tamen dicunt ꝙ præscriptio 30.dierum, habet locum quando facta est denunciatio, sed ubi non est facta denunciatio, tunc quatuor menses uel annus currit a die scientiæ ad petendum ius cōgrui. Sed ego miror de istis cum iste tex. expresse dicat, ita tamen si fuerunt a uenditoribus requisiti, ut supra dixi.

5 QVARTO NOTA ex tex.† ꝙ ille qui est vicinus rei venditæ potest petere illā rem iure congrui, sed hic dubitatur de pulchra quæstione quam Bal. hic ponit. Quid si ego vendidi tibi domum existentem Neapoli, & terrā existentem Auersæ pro uno pretio, puta pro vncijs centum, vicinus domus vult emere iure congrui tantum domum, venditor dicit aut totum emas, id est, domum & terram, aut nihil, quæritur quid iuris. Respondet Bal. ꝙ videtur quòd vicinus non sit audiendus volens emere domum tantum, per illud generale, aut totum admittendum, aut totum repudiandum, ut C. de iure delib.l.quidam eulogio.& ff.ad municip.l.cum quæritur, in fi. Secundo pro hoc facit, quia domus & terra vnico pretio fuerunt venditæ, & sic est vna venditio merito non debet diuidi particulari solutione, quæ particularis solutio multa incommoda auferre potest, ut in l.plane ff. fami. herciscun. & not.in l.quidam æst maueciunt, ff. si certum petat. Tertio quia dicit venditor ꝙ sua interest simul vendere domum & terram vnica vēditione, quia alias separatim non reperiret emptorem terræ, argumen.l.2.ff.fam.herc.& l.nemo.§.in fundo.eod.titu. nec ille emptor vult emere domum sine terra, arg.ff.de in diē a dic.

l.quod

l. quod si vno pretio, & ff. de mino. l. tutor. §. 1. & ff de ædil. edic. l. cum eiusdē, & ff. de sol. l. si quis alium, in prin. merito videtur q vicinus non habet ius congrui volendo solum domum emere.

6 IN contrarium tamē est veritas, q † vicinus possit emere domum coniunctam absq; eo quòd compellatur emere terram, quia licet domus & terra vnico pretio sint venditę, tamen plura sunt corpora diuisa, domus & terra, quia quot sunt res separatæ, vna ab alia tot sunt venditiones, argu. l. scire debemus, ff. de verb. obl. & p hoc facit, quia si plures fundi sunt venditi vnico pretio, si euincitur vnus fundus, ad illum vnum agitur de euictione, vt in l. cum plures, ff. de euictio. Sic in proposito nostro, si in vna re vendita vicinus habet ius Prothomiseos, non est dicendum quòd propter terram venditam ad quam non habet ius Prothomiseos nec illam emere intendit, quod perdat ius congrui ad domum, ne facto venditoris vēdentis plures res vnico pretio fiat præiudicium ipsi vicino, habenti ius congrui a iure communi per illam legem, quia beneficium concessum a lege per priuatam tolli non potest, vt in auct. de nup. §. nō solum, neq; per alterum debet iniqua conditio alteri afferri, vt ff. de reg. iur. l. non debet. Nec obst. in contrarium allegata secundum Baldum hic, quia illa habet locum quādo venditur vna domus plura habens membra, & vicinus vellet partem illius emere iure congrui, tunc non admittitur nisi ad totum aut ad nihilum, & sic quando venditur vna res,
7 vel vnum corpus, † cum pluribus accessorijs non licet emere accessorium sine principalis, facit ad hoc quod no. glo. in l. cum eiusdem, ff. de ædil. edic. at nos loquimur quādo plura corpora separata venduntur licet vnico pretio, vnde licet vna sit venditio respectu pretij, tamen respectu pluriū corporum possunt dici plures emptiones & venditiones, quia pro singulis potest agi actione ex empto, vt ff. de act. empt. l. si vno, & facit d. l. scire debemus, & pro hoc facit q si testator unico contextu verborum plures res legat, tamen quot sunt res tot legata esse censetur, vt ff. de lega. 2. l. 2. & legatarius potest vnam repudiare & alteram petere, quod secus est in una re tantum legata, quia non potest

partem petere & partē repudiare, ut ff. de leg. 2. l. nemine & similem distinctionem feci in c. 1. in prin. quid sit inuest. In 4. not. in q. an sufficiat capere possessionem cuiusdam rei feudalis, uel omnium rerū feudaliū de quo etiā per scrib. in l. 3. ff. de acqui. pos. & sic concluditur q; uicinus potest petere domū sibi adiudicari iure congrui, absque eo q; compellatur terram emere.

8 SED ITERVM quæro, † pone q; quis uēdidit omnia bona sua. Ego peto me admitti ad emptionem omnium bonorum ipsius ratione alicuius rei ex ipsis mihi coniuncte sed emptor dicit recipias tantum rem coniunctam iure congrui, quærit quid iuris. Respondit hic Bal. q; uicinus admittitur ad ius cōgrui solum ratione illius rei, quæ est sibi coniuncta & non ad alia bona uendita, quia istud ius congrui est ius reale, & afficit rē ipsam coniunctam, & non aliā non coniunctam, & iudex illam æstimabit, deducta æstimatione aliarum rerum uenditarum in communi, ut ff. de leg. 2. l. si quis ex ipsis, & l. qui solidum § 1. eo. ti. Sed ego quæro quid si quis uendidit omnia bona sua stabilia ita q; omnia sunt uicina fundis meis preter unum fundū modici pretij, ego uolo istum fundum, una cum alijs bonis ratione iuris Prothomiseos, quod habeo ratione maioris partis bonorum uenditorum, quæritur quid iuris, uidetur prima facie, q; etiam in illo fundo ratione maioris partis bonorum uenditorum in quibus habeo ius congrui competat ius Prothomiseos, quia maior pars trahit ad se minorem, ar. c. auditis §. ipse uero, de ele. & in c. 1. extra de his q̄ fi. a ma. par. cap. & ff. ad muni. l. quod maior, & ff. de pac. l. iurisg. § fi. & l. maiorem. Item quia de modica re non est curādum, nam licet post tempus non liceat purgare moram, tamen infra modicum tēpus licet, ut in l. si ita quis. § scia. ff. de uer. ob. facit,

9 c. potuit, locati. Item † ubi res est prohibita alienari, non tamen intelligitur modica res prohibita, ut no. in Gl. in auc. de her. & fal § hinc nobis, in uers. substantiam, & ibi dicit Ang. q; illa Glo. facit ad statuendum dicens, q; nullus possidens apotheca possit capi personaliter, quia si aliquis possideat uilissimam apothecam non gaudet commodo statuti, facit q; dicit Bal. in l. 2. C. de rescin. uē. in 12. q. ubi dicit, q;

qui parum transgreditur non vituperatur,alleg.l.Aristo.& ff.de cond.& de l quamuis, facit etiam quod dicit Bal.in l. sciendum,& ibi glo.ff.qui satis.cog.ꝙ licet possidens stabilia releuetur ab onere satisdandi, non tamen releuatur possidens domunculam vel cespitem terrę, accedit ad hoc 12. q.2.c.terrulas,& quod no.Ang.in § hoc etiam,in fi.in auc. de alie.emphy.Item si vasallus sciat domino imminere damnum debet reuelare domino alias perdit feudum , tamen si I
non reuelat modicum damnum non perdit feudum , vt in c.1.§.præterea,& ibi dixi in secundo no quæ fit pri.cau.bene.amit. Regulariter autem de modicis non curat pretor vt in l.si post moram , ff.de commo. & ibi plene per Iacob. Butr.qui ponit fallentias ad hoc .

SED IN contrarium facit , quòd non habeat locum ius congrui in illa modica re ratione maioris partis bonorum vicinorum . Primo quia ista res est separata ab alijs
10 rebus vicinis , † & in rebus non coniunctis non habet locum ius Prothomiseos per istam legem nec ob quòd res est modica , quia etiam minimum est in consideratione . Nam seruus dicitur habere peculium licet minimum habeat , vt ff.de ædil.edi.l.si quis venditor,in fin.& facit ad hoc quod no.Bal.in l 1.C.quæ res expor.nō debe.vbi dicit quòd ille qui est prohibitus portare vinum , non potest potare vnam phialam causa gustus . Ista quæstio potest terminari ex his quę not.per Paul.de Castr. in l.quinque pedum, C.finium regund. vbi dicit , pone quòd dicat statutum quòd ille qui habet prædium quatuordecim mediorum , iuxta prædium alterius quatuor mediorum possit compellere illum ad vendendum illud prædium quatuor mediorum , dūmodo non sit prædiū illud vltra quatuor media,pone ꝙ est vltra quatuor media, forte esset quatuor modiorum, & quartæ partis vnius modij, vel quintæ , vtrum propter tam modicum cesset dispositio statuti,dicit ipse ꝙ sic,quia quando receditur à iure speciali & acceditur ad ius commune non curandum de modico,vt in l.scio,de in integr.restitu.Sed hic receditur a statuto q; est de iure speciali , & acceditur ad ius commune quo iure nullus compellitur rem vendere, vt in l.nec emere,C de iure delib.ergo a cōtrario sensu si nō re 11

ceditur

ceditur a iure communi de modico est curandum, vnde cũ ius congrui sit ius commune per illam legem dicendum est quod in illo modo in quo non est congruitas non habet lo cum ius congrui, ratione aliarum maiorum rerum venditarum in quibus habet locum ius congrui. Secus ergo dicendum est, si per statutum permissum sit ius congrui, & hæc videtur ipsa veritas.

15 QVINTO NOTA ex text. q † secundum legem Græcorum præscriptio per quam vicinus excluditur a iure congrui, est inter absentes vnus annus, & inter præsentes sunt quatuor menses. Sed contra hoc oppono de constitutione regni, duram consuetudinem, de præscrip. vbi tex. vult quòd in isto regno sint cassatæ & annullatæ præscriptiones anni, mensis, & diei, & horæ, & illa constitutio fuit post illam. Nam ista lex fuit de primis legibus quas ordinauit Federicus, merito videtur quòd ius congrui poterit peti etiam post annum. Similiter dicta constitutione tollit præscriptionem anni, mensis, diei, & horæ quæ fuerant inductæ per consuetudinem, non autem tollit præscriptionem anni, mensis, diei, & horæ, quæ fuerunt inductæ per legem. Sed hęc solutio nõ placet, quia sequeretur quod si cõsuetudo, vel statutum esset quòd pręscriberetur ius congrui per annum, talis consuetudo vel statutum non valeret, quia consuetudo quæ est ante vel post constitutiones regni contra aliquam regni constitutionem non valet, vt dicit Glo. in procemio constitutionum regni, in fin. & not. Io. And. in c. 1. §. fi. qualiter olim feu. alie. pote. Quare solue melius quod ibi tolluntur pręscriptiones anni, mensis, diei & horæ, per quas tollitur dominum, non autem sublatæ præscriptiones anni, mensis, diei, & horæ, per quas non tollitur dominum absque pretio, prout est in materia iuris congrui, & hoc videtur esse de mente glo. in dicta constitutione duram.

SEXTO NOTA ex tex. q ratione absentiæ prorogatur terminus quid datur prę sentibus vltra medietatem termini, regulariter autẽ prorogatur absentibus terminus vsq; ad medietatem, vt patet in præscriptione 10. ann. inter prę sentes, & 20. inter absentes, vt in §. 1. Inst. de præsc. cum simi.

ssimi. Sed hic absenti prorogatur per duos menses vltra medietatem termini qui datur præsentibus.

SEPTIMO NOTA ex tex. ibi, in venditione, quod
12 † non licet contrahentibus pœnitere in præiudicium vicini, si contractus venditionis erat perfectus, immo si postea emptor & venditor pœnitentia ducti resoluunt contractum poterit vicinus rem illam petere iure congrui, & hoc probat. iste tex. qui simpliciter requirit contractum venditionis esse perfectum, ut vicino competat ius congrui, & nihil dicit quod fallat nisi pœniteat, & sic generaliter est intelligendus, ut l. de pretio, ff. de publici, cũ. simi. & pro hoc facit bonus tex. in c. 1. quid iur. si post alie. feu. vasal. quis recupe. Item quia in executionibus iuris non est locus pœnitentiæ, l. 1. §. si rem, ff. depo. l. rogasti, ff. de præscr. verbis & no. 36. quæst. 2. c. si quis nõ dicam rapere, faciunt ad hoc ea quæ habẽtur in illa quæstione, si emphyteuta vendidit rem irrequisito domino, & sic propter istam culpam perdidit rẽ, ut in l. 2. C. de iure emphy. An si postea pœnitentia ductus recuperat ipsam rem sit excusatus á pœna, de quo per Bar. in l. 4. §. idem Labeo, ff. de vsuca. & per Io. de Imo. in cap. si quis, de reb. eccl. non alie. & in c. potuit de loca. & per Barto. in consi. suo 34. incip. absque longa, & in Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua, versiculo 96. & per Bal. in l. si quis non dicam rapere, C. de episco. & cler. & Saly. in l. fin. C. de iure emphy. & Barto. in l. 1. C. de grege Dominico. lib. 12. & Bald. in l. fina. C. de rei vendica. & in l. quoties, ff. de hæredi. instituen. & Petr. de Ancha in regula peccati venia. li. 6. & dixi in c. 1. §. item si de lator, quæ fuit prima cau. bene. amit. Prædicta vero intelligo si ex venditione translatum esset dominum in emptorem, licet possessio adhuc sit penes venditorẽ, quod potest esse quando precario se nomine emptoris possidere constituit, ut no Bal. in l. 1. C. quãdo liceat ab emp. discede.

SED IVXTA PRÆDICTA QVÆRO
13 † de aliquibus quæstionibus, & primo quid si venditur res, & antequam vicinus ab emptore euincat iure Prothomiseos res euincitur ab alio, ab ipso emptore an contra illum qui euincit vicinus habeat ius congrui. Dic quòd non sicut

dici-

dicimus quod quando res alienatur ex causa necessaria, puta per sententiam iudicis non habet locum ius congrui, vt supra dixi in §.3. eadem ratione quando res euincitur & possessio penes alium vadit non competit ius congrui contra possessorem, quia alienatio est necessaria ex causa euictionis siue res sit uicta per sententiam iudicis siue per sententiam arbitri qui vt iudex reputat, vt in l. prima, ff. de arb. siue per sententiam arbitratoris, cuius sententia habetur vt transactio, vt in auc vt differt. iu, post principium. Et in transactione non habet locum ius congrui, vt in §. 3. supra eo. ergo &c. Sed quid si res venditur cum conditione quod si vicinus petat ius cōgrui res sit inempta an habeat locum ius congrui, videtur quod sic, quia talis cōditio fuit apposita ad preiudicium tertij, scilicet vicini, & res inter alios acta tertio non preiudicat, facit bonus tex. in l.qui balneum, & l.qui potior, ff qui pot. in pig.hab.In contrarium videtur, quod talis venditio pendet ex futuro euentu, scilicet quòd si vicinus non petat ius congrui, tunc res sit vendita, sed si petat uicinus sit ipso iure resoluta. Potest autem fieri uenditio sub conditione, ut Insti. de empti. & uend.§.pen. Item quia potest fieri uenditio ad arbitrium tertij, ut l.si C.de contrah.em. & hanc partem puto ueriorem per tex.in l.si hominem, ff.de usufr.ubi uidetur decisio huius quæstionis.

14 ITEM QVÆRO de illa quæstione, † pone dicit statutum, quòd si uenditor non soluit gabellam, non possit petere pretium, accidit quòd quidem uendidit domū emptori quæ mihi coniuncta est, & uenditor non soluit gabellam, emptor petit sibi domum tradi uirtute emptionis, ego uicinus peto eandem domum mihi tradi iure congrui, dicit uenditor quòd ipse non tenetur ad tradendum emptori, quia pretium nondum solutum est, nec ad pretium potest agere uigore statuti, & non est conueniens quòd emptor habeat rem & pretium, argu.l.1.C.si seru.exte.& sic liberato uno ex contrahentibus hoc est ipso emptore a solutione pretij, alter scilicet uenditor effectualiter nō tenetur ad tradendum, ut in l.bona fides, ff.de act.empt. Item dicit uenditor quòd ipse non tenetur uicino ad tradendum iure

con-

congrui dictam domum, quia contractus est resolutus inter eum & emptorem, tamen hoc non obstante videtur dicendum, q; venditor tenetur ad tradendum ipsi emptori, & emptor non tenetur soluere pretium ipsi venditori vigore statuti. Et hoc in terminis nostris format Bald. in l. mortis casus, C. de peri. & commo. rei ven. & consequenter habebit locum isto casu ius congrui. Sed dubium stat in hoc cui ipse vicinus tenetur soluere pretium an venditori, an emptori, & certè si pretium solueretur emptori per vicinum emptor lucraretur cum aliena iactura, quia haberet rem & pretium duplicatum contra, l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. vnde videtur mihi ęquius quod debeat solui pretium per vicinum venditori, si res nondum sit tradita emptori, sed si tradita sit emptori, tunc pretium soluetur emptori per vicinum, & venditor ad illud pretium aget, non quidé ad illud pretium conuentum, quia illud non potest petere vigore statuti, sed ad illud pretium quod habuit occasione rei suæ à vicino, ad quod statutum non se extendit, sed intelligitur de pretio quod debebat soluere ipse emptor. Nā statutum est stricti iuris, & propterea venit strictè intelligendum secundum doctr. Bart. in l. omnes populi, in materia statutorum, ff. de iust. & iur. quia illud quod occasione rei meę ad te peruenit meum est l. hæc cōditio, & d. l. nam hoc natura, & l. indebiti, ff. de cond. indeb. & hæc opin. sapit maximam æquitatem

15 ITEM QVAERO † Quidam emit domum, & postea ego emi aliam domum collateralem illi domui primo emptæ. An ego habeo ius congrui ad illam domum primò emptam. Videtur q; non, quia ego emi vltimo loco, immo ille primus emptor agèt iure congrui contra me. In contrariū facit, quia si ille à quo ego habeo causam poterat agere contra illum primū emptorē iure congrui, illud ius transit ad emptorem, vt in l. dolia, cum concor. ff. de contr. empt. & hoc verum procedit quando ille à quo ego causam habeo poterat exercere ius congrui, secus si non poterat exercere ius congrui, puta quia venditor esset ecclesia, vel fiscus, vel etiam rusticus qui non habent ius congrui, vt in §. fin. infra eo. & ibi dicetur. Nam tunc ex quo venditor non habet ius

K petendi

petendi ius congrui, non potuit illud transmittere, quia nemo transmittit quod non habet, ut in l.2.C.de leg.& in l. traditiones, ff.de acqui.rerũ domi. Sed si ecclesia emit ab illo qui habet ius congrui, certè illud ius congrui nõ transit in ecclesiam licet illæ a quo habet causam ecclesia poterat uti iure congrui, & hoc ideo, quia ecclesia prohibita est uti iure congrui siue uendat siue emat per illum tex.in fi.

36 OCTAVO NO. ex tex. ibi uictoriam, † ꝙ ille qui habet sententiam pro se, dicitur habere uictoriam, quod patet quia, quando uicinus iure congrui obtinet domum coniunctam uidetur habere uictoriam, sic etiã aduocatus quando uincit in causa dicitur habere uictoriam, sicut miles quãdo uincit in prælio, cum aduocatus militi armorum æquiparetur, ut in l.aduocati, C.de aduoca.diuer.iu.

NONO no.ex tex.quod præscriptio temporis excludit uicinum a iure congrui, de quo dictum fuit in §.2.supra co.in 4.not.

DECIMO NO. ex tex.quòd requisitio seu denunciatio, quæ est necessaria in hoc iure congrui secundum tenorem huius cõstitutionis, debet fieri sollẽniter, quia tex. iste dicit solenniter requisiti, & sic non sufficit sola sciẽtia, quia ubi in denunciando requiritur certa forma, tunc semper denunciatio èst de substantia, nec sufficit sola scientia,

37 ut in d.l.denũtiasse, ff.de adul.† Ista sunt uerba.Bal.in materia denunciationis in l.post perfectam. C.de peri.& commo.rei uend.& de hoc fuit late dictũ in §.2.supra co.in 1. not.& ista solennitas consistit in hoc, quia debet uolens uẽdere requirere uicinum ante uenditionẽ si ipse uult soluere iustum pretiũ illius rei uendendæ, uel pretium quod ab alio inuenit, aliàs uicino non currit tempus ad petendum ius congrui, nisi a die denunciationis, & si denũciatio fuit facta post uenditionem ad effectum inducendi præscriptionem, tunc debet dicere ipse emptor uel uẽditor uicino qualiter factus fuit contractus uenditionis talis fundi pro tanto pretio, & a die prædictę denunciationis currunt illi.30. dies secundũ legẽ Federici, uel secundũ consuetudinẽ Grecorum currũt illi quatuor menses uel annus prout dictum est supra in §.1.in 1.not. & q̃ ibi dixi hic repetẽda nõ sunt.

VN-

VNDECIMO & ultimo not. ex text. in finalibus
18 verbis † q duplicitet uicinus potest renūciare iure cōgrui, scilicet tacitè & expresse. Tacitè cum permisit labi tempus in quo potuit agere iure congrui. Expresse quando renunciat per pactum, puta quia promisit uicinus emptori nō uti iure congrui contra eum. Sed quid si uicinus promisit venditori, q ipse non aget iure congrui contra emptorem futu rum, an emptor possit posteà se iuuare ex illo pacto, uidetur q sic, quia fit accessus de uenditore ad emptorē, ut in l. de accessionibus, ff. de diuer. & tēpo. præscri. & est bonus tex. in d. l. dolia. §. 1. ff. de cōtrahen. empti. & ff. de pac. l. si tibi. §. pactum, Sed in contrarium facit. l. stipulatio ista. §. alteri, ff. de verbo. obligatio. ubi alteri stipulari nemo potest. Solu. pactum de iure congrui non utendo est reale, & ideò transit cum ipsa re, non obstante q factum sit cum uenditore, quia rés transit cum sua causa, ut ff. de pigno. l. pignoris, & ff. de pigno. act. l. si cōuenerit. §. si fundus, & C. de distra. pig. l. si debitor. cū simili. Vide ad hoc ea quę dixi supra in §. 1. in 10. nota. Sunt autem multi casus in quibus ualet stipulatio facta alteri, & ille tertius ex illa stipulatione potest agere, de quibus per Bar. in d. l. stipulatio ista. §. si stipuler, de uerb. obli. Sed quæro quid si promisit non mouere quæstionem super tali domo, an poterit postea agere iuri congrui contra emptorem eiusdem domus, dic quod nō, argum. d. l. stipulatio ista. §. si quis forte, ubi dicit Ange. q ille qui promisit non mouere controuersiam super domo, non poterit eam mouere super usufructu uel alio iure, & sic pō dera illud uerbum vel alio iure, quia per consequens uidetur compræhendere ius congrui.

VLTIMO QVÆRO, quidam volens uendere
19 re † quandam domum requisiuit uicinum si uellet emere, quia reperit emptorem, si ipse uicinus non vult emere. Respondit uicinus placet quod denunciasti, ille qui fecit denunciationem non expectatis 30. diebus uendidit alteri & ille uicinus porro intra 30. dies uendidit domum suam alteri, nunc intra tempus iste nouus emptor qui emit ab isto uicino cui competebat ius congrui uult petere domum iure cōgrui, dicens quòd facta fuit accessio iuris con-

grui de uẽditore ad emptorem, ille extraneus emptor dicit q non tenetur ad tradendum iure congrui, quia eo ipso q vicinus vendidit rem videtur renuntiasse tacite iure congrui, quia non habebat intentionem habendi bona stabilia in illo loco ex quo sua vendidit in illo loco, cum nemo præsumatur incontinenti contraria agere, arg. l. nam ad ea, cum simi. ff. de condi. & dem. & sic ista renunciatio fuit realis, & consequenter transit in ipsum emptorem. Quæritur
30 quid iuris sit. † breuiter respondetur, q per venditionem non videtur quis renunciare iuri suo Protho. q iam cõpetebat, quia illud ius congrui videtur tacite vendidisse vnà cum ipsa reper. d. l. dolia, cum simi. supra alleg. ergo poterit agere iure congrui contra illum qui emit intra terminum 30. dierum secus si post terminum emisset. Nam tunc præscriptione venditor & emptor rei venditæ essent exclusi a iure cõgrui, & hoc etiam videtur esse de mente Bald. hic in 2. col. & do. Seba. in 1. cõsuetudine ciuitatis Neapolis de iure congrui in ver. emit. & hæc omnia dicta in presenti cõstitutione Græca veniunt per modum additionis ad textum præsentis legis domini Federici Imperatoris.

SVMMARIVM.

1 *Vicini qui sint in iure congrui potiores. 3. 5.*
2 *Priuilegiũ societatis maius est vicinitate in petẽdo rẽ iure congrui.*
Ius congrui Neapoli quibus competat.
4 *Vicinitatis maior numerus excludit minorem numerum coniunctorum in iure congrui.*
6 *Numerus impar præfertur pari.*
7 *Sanguine propior est in iure potior.*

§. SEPTIMVS.

§. IN ALIO QVOQVE, Hæc est septima pars principalis vbi recitatur quædam alia constitutio Græcorum quę similiter loquitur de iure Prothomiseos in qua quidem Græca cõstitutione cauetur quòd si rei vẽditæ vicinus est propinquus a tribus partibus præfertur alteri vicino

cino qui est coniunctus ab vna parte, vel ex duabus partibus; intantum ꝙ ille qui est coniunctus ex tribus lateribus habebit totam rem iure congrui totaliter excluso vicino; qui est coniunctus ex vno latere vel duobus lateribus. Sed si vnus vicinus est coniunctus duobus lateribus & alter uicinus ex alijs duobus lateribus vel ex vno latere tantum est coniunctus, & tunc res vendita proportionabiliter diuidetur inter ipsos quibus competit ius congrui secundum proportionem propinquitatis quam habent in illa re vendita. hoc dicit vsque ad § si autem.

1 NOTA PRIMO ex tex. ꝙ † licet pluribus competat ius congrui; si plures sunt vicini coniuncti; vt dicit text. huius l. in princip. ibi dum dicit; autem deceni pluresve sint &c. tamen non omnibus vicinis competit, vbi est vicinus qui habet propinquitatē a tribus lateribus rei emptæ. Nam ille solus a iure congrui excludit omnes alios vicinos. Sed iuxta hoc quæro, quidam habebat domum pro communi & indiuiso cum Titio, vult vendere partem suā, an vicinus qui habet ius cōgrui a tribus lateribus præferatur Titio consorti; certe non, quia primò competit ius congrui consorti, vt dicit ista lex in principio; & postea deficiente consorte competit vicino, & inter vicinos præfertur ille qui est coniunctus a tribus lateribus alijs coniunctis exclusis & hoc tenet do. Sebastia. in vltima consue. de iure congrui, pro hoc facit, quia socius ratione societatis succedit imperiali largitati ipsi socio; excluso fisco; vt in l. 1.

2 C. si soc. imper. largi. lib. 10. patet ergo quòd † maius est priuilegiū societatis quam vicinitatis in petēdo rem iure congrui. Et est sciendum quòd in ciuitate Neapolis ius congrui primo competit soli consorti eiusdem domus. Secundo competit illi qui ex parte inferiori habet domum puta erat domus quæ habebat tria solaria, & erat diuersorum dominorum si venditur medium solare, ille qui habet solare inferius excludit illum qui habet solare superius, & etiam excludit collaterales vicinos, & eadem ratione si venditur solare superius habens solare medium præfertur habenti solare inferius & etiam collateralibus. Si venditur solare inferius ille qui habet solare super ipsum immediatum po-

test illud petere iure congrui exclusis alijs omnibus secundum consuetudinem Neapolitanam. Tertio competit ius congrui illi qui habet domum superiorem. Quarto his deficientibus competit collateralibus. Quinto competit illis qui sunt propinqui per capita, collaterales uero non habent ius congrui, ut dicit do. Seba. in præalle. consue. de iu. congrui quæ incip. si domus habet. Sed de hoc non fit mentio in ista l. ideò omitto examinare quod ibi tangit do. Sebast. Quomodo sciemus ꝙ vna domus habens plura solaria dicatur vna domus vel plures domus. Item quare ius congrui competit inferiori membro potius quam superiori de quibus per eum.

3 SED iuxta materiam nostram † quæro venditur domus quæ est mihi coniuncta in tribus partibus, Sempronio vero est coniuncta ex vna parte, sed est consanguineus venditoris quis præfertur. Respondeo ꝙ præfertur cōiunctus ex tribus lateribus seu partibus qui habet iura duplicata & ille non habet nisi duo iura, & tria iura vincunt duo, ut in auc. itaq; C. commu. de succes. & no. Gl. in ver. meliores, in auc. ut cle. apud prop. epis. Facit pro hoc illud quod dicitur ꝙ probatio semiplena non derogat plenæ probationi secundum And. de Iser. c. 1. §. inter pares, de leg. Corra. & Bal. in c. 1. §. sacramentū, de cōsue. rec. feu. & Bar. in l. 1. ff. de ven. inspi. & Bald. in l. in bonæ fidei, C. de iureiu. Sed quid si est Sempronius coniunctus ex duabus partibus, & est consanguineus quis præferatur. Respondeo quòd quilibet pro medietate & pro æquali portione venit ad ius congrui, æquiparant enim tertiam vicinitatem coniunctioni sanguinis, & ideò cum in æquali vicinitate sint ambo veniunt ad ius congrui, quilibet pro medietate, & hoc est æquū, licet ex mente literæ appareat contrarium dum dicit generaliter quòd habens tres vicinitates excludit omnes. Multo fortius si habeat quatuor, vt in auc. multo magis, C. de sacrosan. eccl. & ideò si Sempronius esset consanguineus & haberet tres vicinitates, certè illæ præfertur alteri qui habet tantum tres propinquitates quia habet iura quadruplicata, arg. d. auc. itaque cum simi. supra alleg.

4 SECVNDO NO. ex tex. ꝙ † maior numerus vicinita-

nitatum excludit minorem numerum coniunctionum, facit l.si debitori,ff.de fideiussoribus,ibi,quia maior tollit minorem. Nam & maiori parti standum est, ut extra de renun.c. cum inter,cum concord.& in l.nulli,ff.quod cuiusque vni. nomi.& ff.ad munici.l.quod maiori.cum si.Item si sunt tres iudices de legati statur sententiæ maioris partis,ut ff.de re iudic.l.duo ex tribus.Item in iudicibus ordinarijs,ut ff.eo. tit.l.Pomponius,& ibi Glo.& C.quando prouo.non est necess.l.cum magistratus.Idem in arbitris, ut ff.de arbi.l.item si vnus.§ fi.Sic etiam statur maiori parti creditorum vbi tractatur de parte debiti remittenda,ut ff.de pac.l.iurisgentiũ alias l,fnum. § hodie autem, & l.maiorem,& l.rescriptum in prin.Facit l.fi.C.qui bo.ced.pos.vbi dicitur quòd si debitori petenti inducias ad soluendum maior pars creditorum inducias tribuit statur maiori parti creditorum facit d. l. maiorem, ff.de pac.& sepul. c.fi.& de hoc consuluit do.Io. Ludo.in consil.incip. debuit vnus, quod consilium positum est inter consilia Bal.

5 TERTIO NO. ex tex.ibi,vna pars,q † iste tex.potest habere duplicem intellectum,scilicet q dicitur vicinus qui habet vicinitatem vna vel duas, & ita posui in summario,secundus intellectus est quod habet ius cõgrui qui a tribus partibus est vicinus,& ille qui vicinitatem & vna parte tantum habet non habet ius congrui. Sed si a duabus partibus habet admittitur ad ius congrui cum illo qui habet ius congrui pro tribus partibus proportionabiliter id est, ille qui tres confines habebit tres partes, qui vero duos cõfines duas partes habebit, & iste intellectus est magis æquus.

QVARTO NOTA, ex tex. quòd vicinus habet ius congrui pro ea parte pro qua est coniunctus secundum portionem coniunctionis ut expresse probat iste tex.

QVINTO NOTA, ex text. de trino numero.
6 † & sic de numero impari. Felicius enim agitur aliquid in numero impari alias dispari quã in numero pari, ut ff.de arbit.l.item si vnus,& de offi.delegat. c.prudentia,in fi.& de numero perfecto no. Io.And. in fi.procemij lib.6.in versic. profectus,& de septenario & quaternario numero vide extra de cõsan.& affi.c.nõ debet,& de cele.mis.c.1.& 15.dist.

cap. 1. Item de plurali numero & singulari in c. pluralis locutio: de reg. iur. in 6.

SEXTO NOTA ex tex. ibi potior, quod potior in sanguine est potior in iure congrui, sicut dicimus, quod qui prior in tempore potior in iure vt in toto titu. ff. & C. qui pot. in pig. habe. Facit ad hoc etiam regula C. de potiori, ad munę. nomi. lib. 10.

SEPTIMO ET VLTIMO NO. ex tex. quod
7 † paria sunt vicinum habere vnam coniunctionem si vicinus alter habeat alteram coniunctionem, & habere duas coniunctiones si alter vicinus duas alias habeat coniunctiones & consequenter veniunt ambo pro æquali portione ad ius Prothomiseos ut æqualitas inter ipsos seruetur, vt in l. fin. C. de sump. & lit. expen. cum concor. & in auct. quib. mod. natu. effi. sui. §. filius, & de æqualitate seruanda multa dixi in c. 1. Imperator Lotharius in illa quæstione magna an patruus succedat nepoti. Alia notanda hic non sunt propter breuitatem text. Ideo venio ad §. sequentem, qui incipit. Si autem concurrat.

Hunc §. non habebat exemplar vnicum, quod tunc habebamus; cum hæc præli festinatione è manibus eriperentur. Sed hæc etiam Constitutionem Neapolitanarum codex ille maximo apparatu chartarum atque characterum magnificentia Venetijs impressus, sed deprauatissime si quis alius vnquam. Porro sufficere nobis abunde puto, si glossam ipsam habuerimus, donec integer cõstitutionũ liber exeat. Liquet nanque constitutionis textum in frontispicio positum a sexta quidem particula ad finem vsque penitus inuersum. Fragrier.

SVMMARIVM.

1 *Vicinitatis ius in iure congrui potius est iure sanguinis.*
2 *Priuilegium accidentale potentius est naturali.*
3 *Coniunctionis diuersitas effectum producit diuersum.*
4 *Dictio prope idem operatur quod dictio iuxta.*
5 *Verbum habere quid importet.*

§. OCTA-

§. OCTAVVS.

§. SI AVTEM CONCVRRAT. Hæc est octaua pars, in qua narratur quædam alia constitutio Græcorum, quę vult, quod si ad ius congrui concurrant parentes iurę sanguinis & vicinus iure vicinitatis quod præferatur vicinus, qui prope est, in iure cõgrui, hoc dicit vsq; ad
1 §. est autem. Nota primo ex text. quòd † si plures parentes, id est, pater, & mater, & auus concurrant simul ad ius congrui, & nullam coniunctionem habent respectu rei venditæ. Vicinus sola ratione vicinitatis omnes excludit, quia ius vicinitatis in iure congrui potius est iure sanguinis per istum tex. Sed per statuta ciuitatũ in aliquibus terris aliud est statutum, & tunc in illa terra stabimus eius statuto, vt l. omnes populi, ff. de iust. & iu. Nam ex diuersitate locorũ diuersa iura statuuntur, vt in proęmio. §. illud satis. Vnus ergo vicinus excludit multos parentes, sicut alias dicitur, quod vna ratio efficax vincit duas persuasiuas, secundum Baldum in l. pater filium, in repetitione, in 1. colum. ff. de in offi. test. facit quod no. Iaco. Butr. in l. si dominus, ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. ubi dicit q; una ratio in specie uincit duas in genere.
2 SECVNDO NOTA ex tex. q; † maius est priuilegium q; quis habet iure uicinitatis, & sic rei q̃ũ priuilegium ratione personæ, quia ratione rei cohitĩtæ præfertur uicinus parentibus, & sic potentius est priuilegiũ accidẽtale, quã naturale, quod est cõtra l. si apud, ff. de mino. ubi potentius est priuilegiũ ętatis, quod est naturale quã priuilegiũ Velleiani uel Macedoniani quod est accidẽtale. Potest dici q; ideo uicinus pręfertur cõsanguineo ratione subiecti, quod est reale id est, ratione rei quæ uẽditur in qua habet uicinitatem, ideo præfertur consanguineo qui nullum ius habet in illa re quę uenditur, & per hoc facit, quia licet cõsanguineus pro consanguineo, non sit idoneus testis, ut in lege tertia. §. lege Iulia, ff. de testibus, tamen ratione subiecti potest esse testis, puta, ad probandam ipsam consanguinitatem, ut 35. quæstio. 6. per totum. Et ideò si

vicinus

vicinus esset consanguineus, admitteretur ad ius congrui, non ex persona sua sed ex persona alterius, vt ita dicam, scilicet ratione ipsius vicinitatis, arg. ff. de li. & posth. l. fi. & ff. de cōtratab. l. filium, & sic priuilegiam ciuile iunctum cum aliqua naturalitate præfertur naturali, solum, quia iura ciuilia naturalitati iūcta potiora sunt, C. de adop. l. cum in adoptiuis secundum Ang. in cōs. suo 101. incip. illustrissima domina Regina.

3 TERTIO NOTA ex textu, quòd † diuersitas coniunctionis diuersum producit effectum. Nam diuersa est coniunctio sanguinis a coniunctione vicinitatis, & sic diuersum producit effectum, quia prima coniunctio non habet ius congrui, secunda vero sic, sic etiam dicitur quòd beneficium ecclesiasticum non datur propter coniunctionem sanguinis, ut in c. 1. de præb. & pro hoc facit tex. 50. di. c. ut constitueretur, vbi dicitur q̄ varia experimenta morborum nos cogunt ad diuersa remedia, & sicut diuersitas corporū diuersitatem animorum sæpe inducit, ita diuersitas coniunctionis diuersitatem sententiæ inducit licet alibi dicat tex. quod diuersitas officiorum venustā reddit ecclesiam, ut 89. dist. c. ad hoc.

4 QVARTO NOTA ex tex. ibi, prope, q̄ † tantum habet operare dictio prope, sicut dictio iuxta, de qua dictione habes per Bart. in l. si statuta, ff. de iniu. & in l. Gallus, §. ille casus, ff. de libe. & posthu. & in l. fistulam, §. iustam, ff. de seru. vrb. prædio. & not. in c. Abbate, de verb. sign. & no. Bart. in l. decernimus, C. de aquæductis, lib. 10. vbi dicit, q̄ si res distat ab alia per decem pedes. nō dicitur iuxta eam, facit l. omnes, eod. ti. & l. quidam Hyberus, ff. de serui. vrb. præd. vide tex. in l. fi. ff. finium regund. sic etiam dictio ad, ponitur pro iuxta, ut dicit Barto. in l. item Labeo. §. conuicium, ff. de iniur.

QVINTO NOTA ex tex. ibi, habebat, quòd
5 † vicinus debet habere rem emptam per extraneum iure cōgrui cum effectu. Vnde nō liberatur ille extraneus emptor dando interesse, quia verbum habere, significat habere cum effectu, ut ff. de verb. sig. l. non tantum, §. fi. & istud verbum habere, sumitur duobus modis, primo iure domini. Nam

illud

illud quod est nostrum habere dicimur etiam si illud possideat alius, vt ff.de verb.signific. l.id apud se, & l.habere, & ideo datur rei vendicatio, vt in l.officium, & in l.rem, ff.de rei vendit. secundo ratione possessionis, vt in l.qui nauem, & ibi Lucas de Pen.C.de nau.Tib. li.11. & qui habet ciuilem possessionem dicitur proprie rem habere. Licet alius habeat naturalem, ut not. ff.de contrahend. emptio. l.si in emptione. §. omnium. Quis autem dicatur quasi habere, vide quod no. in l.prima, in fine, ff.communia prædio. Et scias quod hoc verbum habere, importat fideicommissum, ut patet in l.fideicommiss. & in l.qui concubinam, §.primo, ff.de leg.3. & ff de legat. secundo, l.Lucius, in princ. & per ista fit finis in illo breui. §. quem si coniungis, cum §. præcedenti, & seq. habebis vndecim notabilia ex istis tribus, §. & sic ex tota ista lege. 66. notabilia habebis. Sequitur. §. est autem.

SVMMARIVM.

1 *Via publica non potest petere ius congrui. Et quid sit quo ad nomẽ & materia, & cuius latitudinis esse, debeat, 2.*
3 *Viam publicam facere qui possit.*
4 *Viarum forma est duplex. Et quis sit earum vsus.*
Imperator dicitur semper Augustus aptitudine non actu.
5 *Possessio momentanea quæ dicatur.*
6 *Viam publicam ante domum suã quilibet debet præferre. Et quæ via eligenda.*
7 *Via publica an possit per populum ciuitatis vendi. Et an possit præscribi. 8. 9.*
9 *Viam publicam & vrbis fossas occupantes qua pœna puniantur.*
10 *Peculatus crimen quid sit.*
11 *Vniuersitas an possit seruitutem imponere in via publica.*
12 *Via priuata quid sit, & quid vicinalis.*
13 *Ius congrui nunquid habeat locum in porticu.*
14 *Ecclesia non conuenitur iure congrui. Et quid sit ecclesia.*
Ecclesia triumphans, militans, defendens, & personalis quæ sit.
14 *Clericus iure cõgrui cõueniri an possit si nomine proprio emat. 16.*
16 *Sanctio canonica violata libertatem lædit.*

Clerici

17 *Clerici statutis laicorum an & qualiter vti possint.*
Ecclesiæ res in quatuor partes diuisæ.
18 *Ecclesia non consecrata an gaudeat priuilegio consecratæ.*
Statutum laicorum an comprehendat clericos.
19 *Emptor domus pro ædificanda ecclesia, an possit iure congrui conueniri.*
20 *Consuetudo in feudis inspicitur vbi sita est res feudalis.*
21 *Ecclesia triumphans significatur per corpus Christi quod in missa leuatur.*
Ecclesia sine temporalibus in nullo proficit.
Fiscalia bona differunt à patrimonialibus principis.
22 *Fiscum quis habere dicatur. Et an ecclesia fiscum habeat. Et quid dicatur fiscus.*
Respublica & fiscus an sit idem.
23 *Fiscus quot habeat priuilegia.*

§. NONVS.

§. EST AVTEM. Hic est nonus & vltimus. §. in ordine, vbi dicitur quòd de generali cõsuetudine via publica ecclesia, & fiscus seu curia Federici non habet ius congrui. h.d. vsque ad finem totius constitutionis. No. primo ex tex.
1 ibi, via publica, q† quando venditur res quæ est iuxta viam publicam non potest petere via publica illam rem iure congrui, & consequenter si est via publica in medio vicinus nõ habet ius congrui ad illam rem venditam: Sed quæro quid si venditur a rege vel ciuitate via publica, an vicinus habet ius congrui dic quòd non, quia iste tex. loquitur generaliter quòd via publica non habet ius congrui, siue vendatur ipsa via publica, siue vendatur res iuxta viam publicam, & sic generaliter intelligenda est, l. 1. §. generaliter, ff. de lega. præstan. cum simili. Item quæro quot sunt species viarum, dic secundum domi. Sebastia. in consuetudine de iure congrui, incip. vbi domus, quòd tres sunt species, videlicet, publica, priuata & vicinalis, ut ff. ne quid in loc. publ. l. 2. §. viarum. In publica autem via, sunt quatuor attendenda, scilicet, nomen, materia, forma, & vsus. Quo ad primum, scilicet nomen, est sciendum, quòd est trinominis. Nam dicitur

citur publica, prætoria, & cõsularis, vt in d. §. viarum, versi. publicas vias, & hæc tria nomina sunt sinonyma idem significantia, sicut ensis, mucro, & spata, sicut est ius patronatus quandoq; dicitur aduocatio, quandoq; vice dominatus quandoq; custodia siue guardia, vt no. gl. in c. quia clerici, de iure pa. Quo ad secundum, scilicet ad materiam dic, q᷑ materia siue solum viæ publicæ est duplex, s. publicum & priuatum. Publicum quo ad iter adiectũ cum certis finibus latitudinis ab eo qui ius publicandi habuit, ut publicè iretur, & commearetur, vt in d. §. uiam. Fines autem latitudinis in porrectum. i. directum sunt octo pedes. In anfractũ, id est, vbi via obliquatur, sexdecim pedes, vt dicit ibi gl. & tex. in l. uiæ latitudo, ff. de seru. rust. præd. q᷑ intelligit esse verum do. Seba. vbi latitudo non fuit limitata per constituentem, puta quia iussit fieri viam publicam in tali loco non designata latitudine aliàs si designasset latiorem, vel strictiorem, non minus propterea esset via publica. Posset enim constituens iubere, vel facere latitudinem quam vellet ex quo habuit ius publicandi seu faciendi viam publicam, & sic tanquam in re sua est moderator & arbiter, l. in re mandata, C. mand.

3 SED QVIS HABET hanc potestatem † publicandi seu faciendi viam publicam. Respondeo princeps, senatus, & ciuitas, ut dicto §. viam. Sed illud quod dicitur de ciuitate altiorem requirit indaginem. Priuatum autem solum potest esse uia publica, puta, si in priuato solo est uia publica, quod potest esse hoc modo, quia si ab eo tempore, cuius non extat memoria hominum in contrarium, publicè omnibus transire licuit per agrum priuatum, & ex utroque capite istius uiæ est locus publicus seu uia publica, ita quòd introitus ad ipsam uiam incipit ex uia publica, uel loco publico, & exitus uiæ, similiter respondeat ad locum publicum, uel ad uiam publicam, nec requiritur q᷑ fiat iure seruitutis, quia tunc esset uia omnino priuata, vt patet in d. l. prima. §. priuatæ uiæ. Nec est inconueniens q᷑ proprietas soli sit priuata, & usus sit publicus, nam riparũ usus publicus est, licet proprietas sit priuatorum, ut ff. de rer. di. l. riparum. Item fontis usus est publicus licet proprietas

prietas sic priuata, vt in l. diligenter, C. de aquæductibus, libro vndecimo, & sic talis via est publica, quo ad vsum non quo ad proprietatem. Quantum verò ad tertium,
4 scilicet de forma viæ, dic quòd forma viæ est duplex,† scilicet voluntaria, vt latitudo quæ fit ad voluntatem constituentis, vt supra dictum est. secunda forma est necessaria, videlicet, quòd quodlibet caput ipsius viæ exeat, & correspondeat ad viam vel locum publicum, & sic quòd ex via vel loco publico ingrediatur ad eam, & ad locum publicum exeatur ab ea, alias non diceretur via publica, ut ff. de itine. actu quæ pri. l. tertia. Quo ad quartum, scilicet, quo ad vsum, dic quòd vsus in via publica est attendendus secundum naturam soli, quia si solum est publicum, non requiritur vsus actu sed aptitudine tantum. Hoc est quòd fuerit ordinata, seu parata ad recipiendum vsum publicum, quòd ex eo apparet, quòd populus non vtendo, non perdit eam alias multis non liceret ire ad sanctum Iacobum, vt ff. de via publi. & itine. publico, l. viam publicam, & ff. de vsucap. l. vsucapionem, & l. finali. Sic etiam dicimus, quòd aqua quotidiana non est quæ quotidie ducitur, sed ea quæ quotidiæ duci posset, vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. prima. §. quotidiana. Et Imperator dicitur semper Augustus aptitudine non actu, & not. in rubr. ff. & matrimonium dicitur indiuiduum aptitudine non actu, facit. ff.
5 de rei vendicatio. l. venditio quoque.† Sic possessio dicitur momentanea aptitudine, quæ est apta durare momento, vt C. si de momen. pos. fue. ap. l. prima, facit ff. de seruitut. rustico. prædio. l. Attilicinus, & dato quòd via publica esset fracta & diruta, & plena spinis, & vepribus, non propterea dicitur minus apta ad vsum publicum, cum possit ab vnoquoque de populo refici, vel purgari, vt ff. de via public. uel itine. publico, l. prima. Si verò solum sit priuatum, tunc requiritur vsus publicus in actu a tanto tempore cuius non extat memoria hominum in contrarium, & non iure seruitutis, ut prædictum est, per ea quæ not. in l. prima. §. priuatę uiæ, ff. ne quid in loco publi. & hæc sunt verba domi. Sebastia. in loco præallega. quantum ad viam publicam.

SED

SED ANTEQVAM ueniam ad uiam priuatam, & uicinalem dicam aliquid de materia uiæ publicæ ultra
6 eum. Et primo est sciendum, quod † quilibet debet reficere uiam publicam ante domum suam, ut in l. ad instructionem, C. de sacrosanct. eccle. & in l. fina. ff. de uia public. uel itine. publi. Et etiam ecclesia tenetur ad hoc, ut dicit Barto. in dict. l. ad instructionem, & etiam est sciendum quod Barto. in l. præsidibus, C. de cursu publi. lib. duodecimo, dicit quod nullus cum annona aliam uiam tenere debet, nisi per uiam publicam, quam communiter omnes uadunt, nec 8
debet ire per uiam transuersalem, adeo quod si extra uiam reperitur mala suspicio est contra eum, de quo etiam per Baldum in l. prędijs. §. balneis, de legatis tertio, & per Baldum in l. si fugitiui, C. de seru. fugit. & in l. cum proponas, C. de naut. feno. & Bart. in l. qui fiscales, C. de nauicu. lib. undecimo, & per eundem in l. non solum, ff. de excusatio. tutorum. Sed quando sunt duæ uiæ aptæ ad eūdum, & una uia est breuior alia, quam uiam debet quis eligere. Respondeo quod debet eligere illam per quam securius acceditur, & per illam quę magis frequétatur secundum Bal. in l. continuus. § cum ita, ff. de uerborum oblig & C. de sal. l. eos, in fine, & de cursu pu. l. secunda, lib. 12.

Sed necessarium putaui hic inferre an populus ciuitatis
7 possit uendere uiam publicam, † uidetur quod sic. Nam ista sunt uniuersitatis, ut Institu. de rerum diuisio. §. uniuersitati, cum ibi nota. ergo potest illam alienare quemadmodum & alias res suas, ut C. de uend. reb. ciui. per totum, lib. 11. facit ad hoc prima quæstio. prima, capitul. eos qui. Ad idem l. 2. C. de diuer. præd. urb. lib. 11. & ibi Luc. de Penna, & ff. quod ui aut clam, l. tertia. §. plane, uer. hoc ita. Item quia quælibet ciuitas habet ius constituendi uiam publicam, ut ff. ne quid in loco publico. l. secunda. §. uiam publicam, in gloss. quæ incipit, habuit ut princeps uel Senatus, & ff. de regulis iuris, l. nihil tam, & l. sequen. Nam eius destruere cuius est condere, ut ff. de legatis tertio, l. si quis, in principio, & l. fina. C. de legib. Item quia ista sunt uniuersitatis, & sic uniuersitas eorum est domina, ut ff. de relig. l. secunda. in locum, & dicto. §. uiam publicam,

ergo

ergo per eam alienari possunt. Nam appellatione vsus rei continetur potestas alienandi dominium, vt in auctentic. de mona. §. illud quoque, quia rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, vt vulgata l. in re mandata. Vnde si priuato non interdicitur rerum suarum alienatio, vt ff. si quis à paren. fue. ma. l. secunda, minime vniuersitati in qua sunt ipsi priuati. Facit pro hoc, ff. de leg. 2. l. Mæuius, §. fi. cōtra quod non possit alienari probatur. Quia regulariter quod præscribi non potest, nec alienari potest. ff. de verbo-
8 rum significatio. l. alienationis. † Sed via publica præscribi non potest, vt ff. de via publi. l. fina. & ff. de vsucapio. l. vsucapionem, ergo nec alienari, habet enim ius in his quilibet prohibendi, vt ff. ne quid in loco publico, l. secunda. §. primo, imò plus potest vnus homo solus vniuersitatis ad prohibendum, quam reliqui ad permittendum, vt ff. com. pred. l. fina. & ff. com. diui. l. Sabinus, cum concord. Vnde si quis sub colore quod vult viam publicam reficere vel aptare ipsam viam publicam deteriorem fecerit impunè vim à quolibet priuato patietur, vt ff. de via pu. refi. l. 1 §. si quis in specie. Nam cum concurrant inuicem interesse publicum, & priuatum, æstimatur priuatum, atque præfertur, vt ff. de procu. l. licet, & l. non cogendum, §. si quis ita, quinetiam via publica non dicitur per municeps possideri, sed ea omnes promiscue debēt vti, ff. de acq. pos. l. 1. §. fi. ff. de cōtr. emp. l. sed & Celsus, in prin. Pro solutione posset sic dici. Aut via publica de qua agitur est necessaria solum populo distrahēti, aut etiam alijs, primo casu venditio valet dummodo fiat cū ea solennitate quæ traditur in l. fin. C. de ven. reb. ciui. lib. 11. Secundo casu non valet, & vide ad prædicta quod not. Inn. in c. cum ex iniūcto, de no. ope. nun. Sed gl. in l. cōtinuus, §. cum quis, ff. de verb. oblig. Vr indistinctè sentire quod non
9 possit nisi principe statuente, sed Bart. ibi tenet quod † ciuitas quæ non recognoscit superiorem pōt hoc facere, dum tñ per statutum faciat viam publicam esse priuatam, quod potest per l. 3. §. planè, ff. quod vi aut clam, & idem dicit si ciuitas esset subiecta principi. Sed hoc esset facere fraudem legi. dic tñ vt ibi per eum. Sed bonum est hic videre, qua pœna puniuntur illi qui occupant vias public. & fossata vrbium

bium, cum de iure viam publ. prohibitum est occupari, vel etiam coarctari, vt.ff.ne quid in lo.pub.l.2.§.viam, nec eam ullo modo deteriorare, vt in ea l.§.deteriorem, & §.seq. & idem in finibus publicis, ut.ff.de ope. publ. l.si legatum.§. fines, & in l.si in agris.ff.de ven.re.ad ciui.ptinen.l.Imperator. §.fin. Respõdetur quod poterit puniri pœna sacrilegij qa publica & sacra æquiparantur, & eodem priuilegio gaudẽt, vt.C de sacr.sanct.eccl. l.fi.& ff.de vsucap. l.vsucapionem. Sed qui sacra occupat sacrilegium committit; vt patet 16. q.4.cap.quisquis inuentus, & extra de for. comp.c.conquestus. nam quãdo lex æquiparat potest procedi de similibus ad similia etiam in odiosis, tex.est no.& ibi dixi in cap.1.§. prædictis, quæ fuit prima cau. benefi. amit. & facit bonus tex.quem ibi non allegaui in l.famosi.ibi ad exemplum le-
10 gis Iuliæ iudicandum est.ff.ad l.iul.maie. Item qui† qui pecuniam reipublicę subtrahit crimen peculatus committit, vt. ff.ad l.iul. pe. l.1. ergo fortius qui viam pub.occupauit, quæ inter bona reipublicę & regalia computatur, vt in c.1. quæ sint rega.in prin.quæ etiam & dignior est quam pecunia, cuius est vilis & abiecta conditio, vt ff.de acq. pos.l.si in rem mobilem, & l.si quis vi.§.differentia, eo.tit. Nã sine via res hominum inutiles sunt, vt ff.de ser.vrb.prẹd.l.binas ædes, quia publico, & cunctorũ vsui seruit, ideo ęquum est vt cũ plures offendat durius puniatur. Nã quantũ quis excedit in numero personarum per se ostensarum, tantum & in numero criminũ punitur, vt ff.de iniu.l.1.§. fi.ff.de sepul. vio.l.3.§.si ad plures, & 31.q.1.cap.quomodo, & ex rei nobilitate in eum pęna grauior constituitur, ar.ff. de euic. l. emptori.§.1.& in auc.de non alie.§. si mouet, & 22.q.1.c. mouet, & C.de his qui ex publi. ratio. l.fi. libr.10. & hanc partem firmat Luc.de Pen.in d.l.1. C.de diuer. præd.vrb. lib.11.vel potest dici quod teneantur pęna quinquaginta librarum auri, arg. C.de ope.publ.l.qui sine. Sed iuxta hoc quæro an vniuersitas possit imponere seruitutem in via publica, certè non si recognoscit superiorem, cum tunc solus Princeps potest imponere ut.ff.de aqua.plu. arc.l.si prius. §.sed loco.& ff.dę via pub.l.1 cum concord.

11 ITEM quæro duo † sunt qui habent curtem, seu

viam communem, vel debetur alteri seruitus per fundum alicuius, vnus emit aliam domum seu prædium iuxta suum ad quod trahit vsum viæ seu curris communis aut seruitutem. Cum sibi debeatur an possit. videtur quod non, arg. l. parphippum. C. de cur. pu. lib. 12. & ibi Luc. de Pen. tangit istam quæstionem, & concludit quod si domino prædij seruientis nullum incommodum contingit potest ille viti via ad illud prædiū, aliàs secus. & pro hoc facit. ff. de aqua quo ti. & esti. l. 1. § itē labeo, & ff. de iti. actuq; priua. l. 3. §. pe. Sed vtiliter circa hoc quæro. An si aliquis habet terram in media aliarum terrarum, & non habet viam vnde possit ad dictam terram accedere an vicinus teneatur pręstare viam ipsam pretio mediante dicit Bart. ꝙ non, in l. 1. ff. de serui. leg. per tex. in l. binas. ff. de serui. vrb. præd. cum Glo. sua, not. Bar. in l. qui duas in fi. ff. de serui. le. facit tex. in l. in uē- 1 dendo. ff. de contra. emp. bonus est text. in l. via. § fi. in fi. ff. de serui. rust. prēd. & in l. pen. ff. de euic. & not. ff. de adim. leg. l. 3. §. si loci, & pro hoc est bonus tex. in l. si quis sepulchrum. ff. de religio. per locum à speciali Nam si fauore religionis vicinus cōpellitur vendere viam, ergo in contrariū est ius commune, vt l. ius singulare. ff. de legi. Sed in contrarium facit text. in l. 2. §. recte. ff. si serui. vend. Ego plene istā quęstionem examinari post And. in c. 1. § si quis de manso. de controuer. inuesti. In ciuitate autem Neapolis est cōsuetudo scripta, ꝙ vicinus teneatur vendere viam vicino si nō habet viam ad terram suam, vt patet in 1. consuetudine in titu. de ser. & si habet vnam viam licet longiorem non debet habere aliā breuiorē. Nā homo duabus vijs terram ingrediens, est maledictus vt in c. quidā viā extra de apostat.

12 NVNC venio ad vias priuatas vicinales, & † dic ꝙ via priuata est quæ debetur ab agro, alteri agro, vt dici tex. in l. 1. §. priuatę viæ. ff. ne quid in loc. pub. & duplex est uia priuata, vt dicit tex. in ea l. §. priuatæ viæ. Vicinalis via dicitur illa quæ est in vico, vel ad uicos ducit, ut in d. l. 2. §. viarum, ueri. uicinales, quod latius prosequitur dō. Seb. in pal. consuet. inci. ubi domus, de iure congrui, ubi etiam dicit quid sit vicus, & quid villa, ex quibus infertur ꝙ via vicinalis ob tollit vicino ius congrui. quia iste tex. loquitur tantum

tum

tum de via publ. Et eadem ratione dic ꝙ riuus priuatus nõ tollit ius congrui, facit l. 3. ff. de interdi. Sed flumen publicũ fic, & pro hoc facit, l. fin autẽ, cum l. seq. ff. fin. regun. Sed si flumen esse deficcatũ tunc habet locum ius cõgrui per ea quæ habẽtur in c. 1. §. si quis de manso, de contro. inue. sed in ijs specialis terræ cõsuetudo attendẽda est & seruanda, vt. C. de ædi. priua. l. an in totum. Item quærit do. Seb. in d. cõsuetudine, pone ꝙ dicta via est sub quodã porticu. supra quẽ porticũ ego & tu habemus domus cõiunctas, an habeamus adinuicem ius cõgrui, super eo ꝙ est ędificatum in

13 porticu. videtur ꝙ nõ, † quia porticus est ædificatus super via publica, & consequenter nõ habet locũ ius congrui. In contrariũ facit, quia coniunctio non solùm attenditur circa solum terræ quod est publicũ, sed ètiam circa confines qui sunt priuati. Solue primò quantũ ad cellaria quę sunt inferius iuxta viam publicã portici de super existentis non habet locum ius cógrui quia via est in medio, sed ad membra superiora habet locum ius congrui. quia cõfines sunt priuati, & latera sunt priuata, & pro hoc facit in argu. ff. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. fi. & ff. de aqua plu. arcen. l. super iter alienũ, in princ. Et sic vna domus quæ venditur potest in partẽ euinci iure congrui a vicino, & in partem nõ quod est menti tenendum, quia hoc sæpe venit de facto in ciuitate vbi sunt multi portici. Quid autem de ponte, vide per Bar. in l. supra iter de aqua. plu. arcen.

14 SECVNDO no. ex tex. ibi, ecclesia, ꝙ † ecclesia non agit, nec conuenitur iure cõgrui siue emat, siue habeat prędia vicina rei venditæ. Nam illa non potest petere ius congrui. Et aduerte quia secundũ opinionem quam infra subdam magis est priuilegiatus clericus quàm ecclesia ipsa. Et expone prius illud verbũ ecclesia, quia non ponitur pro parietibus ecclesiæ, quia parietes non possunt cõtrahere nec agere, nec cõueniri, licet aliter dicat glo. in l. sicut §. 1. ff. ꝙ cuiusque vniuer. nomi. sed exponitur illud verbũ ecclesia, id est aliquis nomine ecclesię. Etiã si esset laic⁹, vnde si ego laicus emo nomine ecclesiæ domũ, vicinus nõ habet ius cõgrui, qa ecclesia videtur emisse, & hoc tenet do. Seb. in cõsuet. si ecclesia, de iure cõgrui, & fortiori ratione dicẽdũ est

L 2 si cle-

si clericus vel aliquis prælatus emit nomine ecclesiæ, quod nõ petitur ab eo ius cõgrui, quia ecclesia est illa quæ possidet cum prælatus dicatur procurator ipsius ecclesiæ, vt in c.2. de dona. & sic ponitur hic ecclesia in genere. Comprehendẽdo tã ecclesiam triumphante per quam significatur Christus, 19.q.1.cap.quicunque quam ecclesiam militanté per quam significatur Papa in d.c. quicunque quã ecclesiã defendentem per quam significantur prælati & lectores ecclesiarum, vt 6.quæst.1.c.similiter, quàm ecclesiam personalẽ per quam significatur capitulum cum ecclesia vacata pastore, vt extra de rescri.c.cum te.& melius 7.q.1.c.scire debemus. Sed quid si clericus emit non pro ecclesia, sed pro seipso & hęredibus suis an contra eum possit agi iure congrui
15 ad rem emptam † & an clericus habet domum propriam, & non ecclesiæ vicinam rei emptæ habeat ius Prothomiseos, domi. Sebastia.in consuetudine. Vbi domus, in verbo ecclesia tenet quod consuetudo de iure congrui comprehẽdit clericos quantum ad eorum bona propria, vt dixi supra in §.1.in 3.not. Et istam opi. videtur tenere Bart.in l.cunctos populos, in 5.q. C.de sum.trini. & fide catho. prout ibi retuli. Sed contra opi. Barto. videtur tenere do. Abb.in cap. cum laicus, de reb.eccle.non alie. & Bald.in d.l.cunctos populos in 13.colum.& Saly.in auten.cassa.de sacros.eccle. & idem tenet Calder.in cons.suo, 11.sub tit.de constitutionibus, & idem videtur tenere in simili Ludo.de Ro.in cõs. 484. Et pro ista opinione quod clericus emptor prædij non possit conuenire iure congrui si emit nomine proprio adducitur optima ratio, quia non solum dicitur fieri contra libertatem ecclesiæ, quãdo fit contra priuilegia generalia concessa ecclesijs, sed etiam quando fit cõtra ius cõmune, quia facilius tollitur priuilegium quã ius cõmune, secundũ Io.de Imo.in c.ecclesia sanctæ Mariæ, de consti.&
16 patet in auc.cassa.de sacros.eccl.vbi † expresse dicitur fieri contra libertatem ecclesiarũ & personarũ ecclesiasticarum quando fit contra canonicas & temporales sanctiones, & cõstat in iure cõmuni vicinos non posse extraneos emptores repellere, vt in l.dudũ, C.de cõtr.emp. Sed statutum cõtra libertaté ecclesiæ nõ valet, vt in d.c.ecclesia, ergo clericus
non

non ligatur iure cogrui. Sed ista ratio procedit si volumus tenere q ius cōgrui sit in ciuitate virtute cōsuetudinis aut sta uti sed si ius congrui introductum sit vigore iuris communis per istam legem Fede.hæc ratio non procedit.Vnde posset alia ratio assignari; quia etiam dato quod ista lex sit ius commune non ligat clericos quantum ad eorum bona propria si emunt. Nam tunc dicitur contra libertatem ecclesiæ fieri quando clericus ratione legis laicorum fit timidior secundum Bart.in l.1 §.quæ onerandæ. ff.quarū rerū acti.non datur,& tenet Petr. de Ancha. in repet. c.canonū statuta,in 11 q.de constitu.Et do.Fran.de Zab.in c.perpēdimus,de sen.excom.& Pau.de Cast.in consi.336. Sed per hanc legem Fede.clericus sit timidior ad emendum ex quo timet sibi postea res empta auferri a vicino iure congrui vigore huius legis ergo dicitur ista lex contra libertatem ecclesiasticarum personarum.Quare concludo,q clerici possunt agere iure congrui contra laicos, sed laici nō agunt cōtra clericos iure congrui & hoc tenet Io.de Imo.in d.c.cōstitutus,de resti.in integ.vt retuli supra in principio legis, in 3.no.Et idē tenet in d.c.sācte Mariæ, & hoc ēt tenet do

27 mi.Abb.in d.c.constitutus. † Nā clerici possunt vt statutis & consuetudinibus laicorū,quatenus concernūt eorū fauorem secundū quod consuluit Paul.de Cast.in cons.præal.& ista opinio sic breuiter recitata uidetur verior de iure,licet de facto male seruetur. Et ex ista opin.sequitur vt supra dixi in prin. huius notabilis quod clericus est magis priuilegiatus quā ecclesia; qa ecclesia non agit nec cōuenitur iure congrui,vt dicit tex.sed clericus agit, sed nō conuenitur iure congrui,quod est mirabile.Sed pulchrū esset inuestigare rationē diuersitatis,potest dici quod ratio sit ista qa ecclesia tēporales facultates nō reputat proprietas, sed cōmunes vt 12.q.1.c.exemplū,alias extraneum,& c.seq & c.habeat, & ideo dicitur q de rebus ecclesiæ fiunt quatuor vel tres partes.Nā vna pars est pro fabrica ipsius ecclesiæ. Secunda pars est pro sustentatione episcopi. Tertia pars est clericorum obsequētium ecclesię.Quarta datur pauperibus & peregrinis,12.quæst.2. c.concessio.& 16.q.1. constitutum, & propterea ecclesia nec agit nec conuenitur iure congrui,

quia bona sua sunt omnibus communia,& ratione commu-nionis non agit iure congrui,sed bona clericorum non sunt communia,ideo agunt,& non conueniuntur iure congrui, nihilominus super ista ratione relinquo cogitandum.
18. SED quæro quid † de ecclesia non consecrata. dic idem prout in ecclesia cõsecrata, si auctoritate episcoporum fuit ædificata, vt in capitulo ecclesia, extra de immu.eccl.& c. ad hęc, de relig.dom. Esset hic tangenda quæstio an statutũ laicorum comprehendat clericos & ecclesiasticas personas, sed quia ista quęstio in plerisq; locis plenè examinata est, videlicet per Bar.& Ang.in l.filiusfa. §.Diui, ff.de leg.i.& per Bal.& Cy.in auct.cassa. & auc.quas actiones, C.de sacrosan.eccle.& per Bar. in consi.suo incip. domini priores, & Pet.de Anch.in d.repe.c.canonum statuta,in 2.colum.& per Abb.sicut in d.cap.ecclesia sanctæ Mariæ,& ibi per alios Docto. & per Lapum in allegato.30. & per Ang. in consil. suo 49. & plenius per plures chartas per dominum Andr. Barb.in repe.rub. de rebus eccl.non alienan.in 2.q.prin.& in 3.q.princ. tractat quando dicitur statutum contra libertatem ecclesiæ. Ideo omitto quia eius dictis in veritate nihil adderem.
19. SED iuxta prædicta quęritur quid † si aliquis emit domũ pro ædificanda ecclesia, an possit cõueniri iure congrui nondum ædificata ecclesia,dicit do.Seba.in consuetudine si ecclesia ꝙ sic.Nam potest esse quod nõ ædificetur ecclesia, & sic vnius semper esset exclusus a iure congrui,quia semper emptor posset dicere ꝙ emit pro construenda ecclesia. Sed quid si incepit ædificare ecclesiam pendente litigio iuris congrui, dic quod non consideratur initium fabricæ sed finis. Nam plerunque propter defectum dotis non fabricatur ecclesia, ut in auct. ut nullus fabricet domum oratorij, §.1.& 2. Item quia ecclesia nondum fabricata est nulla, ut in ele.literas,de rescrip.& not.in cap.ad audientiam de eccle.ædifi. & sic illud quod esse potest nõ præiudicat vicino quoad ius congrui,facit in argu.c.Abbate sane,de re iud. lib.6. & ideo habebit locum ius congrui nisi sit visum iudici multis cõcurrentibus coniecturis quòd illa domus empta omnino fiet ecclesia;tunc cessabit ius cõgrui;quia lex mul-
ta

ta remittit arbitrio iudicis prout accumulaui in c. 1. ex qui bus cau. feu. amit. §. Sed pone dicit statutum ciuitatis Neapolis quòd ecclesia non habeat ius congrui. Quid si ecclesia sit extra districtum Neapolitanũ. Sed illa ecclesia bona habet in ciuitate Neapolis a respectu bonorum, quæ habet in dicta ciuitate excludatur a iure cõgrui virtute statuti, videtur ꝙ non, quia statutum non extenditur ad ecclesiam extra districtum, ut dicit do. Seb. in prooemio consue. ciuitatis Neapolis, in ver. districtum, & in prima consuetudine, de suc. ab intesta. in ver. antiquitas. In contrarium tamen est veritas, quia ligatur secundum consuetudinem ubi sunt bona, & hoc ius congrui est ius reale quod sequitur ipsam rẽ, ut pluries dictũ fuit, & pro hoc facit tex. in auc. ut eccl. Romana in principio. ubi debet cõsiderari consuetudo, vbi sunt res facit quod dicit Bal. in c. 1. §. si qua controuersia, de pa-
20 ce constan. Vbi † dicit qđ in feudis inspicitur consuetudo, vbi sita est res feudalis, & idem dixit in c. mulier, si de feu. suc. contro. & ibi etiam Gl. Vlterius quærebat idem do. Sebast. in consuetu. si ecclesia, si quidam iussit fieri capellam, & legauit certas possessiones dictæ capellæ, uel ipsam instituit hæredem, an ipsæ res subijciantur iuri congrui, & decidit ꝙ capella quę nondum est creata est nulla, ut in d. c. le. literas, & ideo habet locum ius congrui, nec obstat quod hæreditas iacet & hæreditate iacente nõ potest conueniri, q2 tunc poterit peti quod detur curator illi hæreditati iacenti, ut in l. cum non solum. §. si autem. C. de bo. quę libe. sed mihi videtur ꝙ ista quæstio sit superflua ex quo in legato & in hæredis institutione non habet locum ius congrui, ut patet supra in ea. l. §. 3. Item quæro an bona pauperum dicantur bona ecclesiastica ita ꝙ non habeat locum in congrui. de hoc dixi supra in §. 1. in 1 nota. in quæst. quid de bonis stauritis. Item quæro quid si aliquis emit vnam possessionem ut fructus illius possessionis habeant deseruire vni presbytero pro dicenda vna missa de requiem ęternã in perpetuo tali capella, an habeat locum ius congrui. respon-
21 deo ꝙ non, quia † per corpus Christi quod in missa leuatur significatur ecclesia triũphans, vt 1. q. 1. c. in ecclesia, & 26. q. 2. c. si illud, & extra de sen. excom. c. si illud. & ex his ap-

paret quod licite ecclesia potest possidere facultates tempo rales. Nam sicut anima sine corpore corporaliter non viuit, sic nec ecclesia sine temporalibus in nullo proficit, 1.q.3.c. si quis obiecerit. Multæ quæstiones possent tangi sub isto verbo ecclesia, sed quia nō essent de materia iuris congrui, ideo silentio prætermisi.

TERTIO & vltimo no. ex tex. ibi fiscus ꝙ fiscus siue res publica non agit, nec conuenitur iure congrui. Quid autem de bonis patrimonialibus Imperatoris. dic quod magna differentia est inter bona fiscalia, & bona patrimonialia Imperatoris, vt in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscr. ibi dū dicit, nō a fiscalibus rebus, sed ex priuata eorū substātia, & ideo puto ꝙ in bonis patrimonialibus Imperatoris vel re

22 gis habet locum ius congrui. Quis † autem dicatur habere fiscum. certè Imperator, & omnes reges liberi fiscū habent, vt no. And. in c. 1. in ver. bona committentium crimen læsæ maiesta. in ti. quæ fiunt bona rega. & no. Glos. in proę. constitu. regni prope fi. facit. C. de fisca. vsu. l. 3. lib. 12. & C. de fid. instr. & iure haste fisca. l. 1. in prin. li. 11. & C. de censi. l. grauitas, & C. de prin. agē. in reb. l. 3. in fi. lib. 11. & Inno. in c. sincera, in fine, extra de donatio. inter vir. & vxor. Sed an ecclesia habeat fiscum, certè sic, vt patet in c. quia diuersitatem, de conces. præb. & in clem. nolentes, de hæretic. & 10. 17. q. 4. c. si quis. Quid autem de ciuitatibus, & alijs dominis recognoscentibus dominos superiores, an habeant fiscū dic ꝙ nō, vt patet, ff. de verb. sig. l. eum qui vectigal. & C. de bo. vacan. l. j. & ff. ad munic. l. simile. Sed an respublica & fiscus sint idem vel diuersa, videtur quod nō sint idem, vt ff. de bon. pos. l. non est ambiguum, & patet, ff. de interdi. & re leg. l. sciendum, in Gl. In contrarium videtur quod sint idē patet, ff. de iure fisci. l. in fraudem, §. neque. C. de iudici. l. properandum, post prin. nam causa fisci dicunt causa publica, vt ff. de iur. fis. l. apud Iulianū & de hoc no. Bart. ex Glo. C. de iure fisci. li. 10. & Gl. in proę. consti. regni dicit tamen Luc. de Pen. in l. in prouincijs, C. de mune. li. 11. quod respublica est genus, fiscus est pars ipsius generis, vel respublica est caput, fiscus est membrum reipublicæ, & saccus publicus vt dicit And. in ti. quę sint rega. referendo Augustinū & Doc.

Idem

Idem no. Luc. de Pen. in rub. C. de iure fisci, li. 10. & in l. pe. C. de diuer. præd. urb. li. 11. Et fiscus dicitur bursa Cæsaris, quia quod non accipit Christus vel episcopos, accipit fiscus
23 vt dicit text. 7. q. 7. c. maiores. Sed † quoniam hic fit mentio de fisco per vnicum verbum, & in iure nostro sunt rubr. propriæ maxime. in ff. & C. de iur. fis. ideo superstitiosum esset quæstiones ad materias fiscales pertinétes hic tractare. Priuilegia autē fisci alias dixi in §. præcedentibus & ponit Bal. in l. 1. C. de hær. vel act. ven. Et ego plura alia posui in c. 1. de fratrib. de nouo benefi. inuesti. Quare finē facio huic lege Federici Imperatoris in qua Bal. scripsit per duas chartas tantum. Nec vnquam aliquis doctor dignus nominari, in hac. l. scripsit, bene tamen nostri Sebastianus Neapolitanus in consuetudinibus ciuitatis scripsit. Multa de supradictis quæstionibus & vltra cum alias ego hic posui, fateor tamen hac in lege nihil dixisse de rustico qui non habet ius congrui, sed hoc est speciali consuetudine in hac ciuitate, & lex ista nihil de rustico dicit. Ideo superfluū est hic videre quis dicatur rusticus vel villanus, sed de hoc habes per gl. & And in cōstitutione regni prosequentes de testibus cō tra comites & milites producendis & dixi in c. 1. §. si quis rusticus, de pace tenen. Et omnia quæ hic dicta sunt per me Matthæum de Afflict. II. doctorem de Neapoli subijcio ingenio melius scientis, vt vtar verbis Iurisconsulti in l. Claudius felix. ff. qui pot. in pig. ha. Et sic finem facio ad Dei omnipotentis eiusque gloriosiss. Matris Mariæ laudem gloriamque sempiternam. Amen.

FINIS.

TRACTATVS D. BALDI PERVSINI

LEGVM SIDERIS SVPER Constitutione Frederici Imperatoris de iure Prothomiseos. hoc est congrui.

SVMMARIVM.

1 Ius prothomiseos quibus competat.
2 Ius prothomiseos in quibus contractibus locum habeat. 10. 13.
3 Ius prothomiseos quanto tempore præscribatur.
4 Vicini quomodo requiri debeant in iure congrui. Et an possit fieri per procuratorem.
5 Ius prothomiseos nunquid possit cedi vel donari.
6 Ius prothomiseos transit cum re.
7 Vsufructuarius in emptione rei an sit præferendus vicino in iure congrui.
8 Permutatio an & quando sit vbi refunditur pecunia.
9 Vicinus propinquior remotiorem nunquid in totum excludat in iure congrui.
10 Pupillus quomodo aduersus tempus elapsum in iure congrui se habeat.
11 Captiui vel absentes an admittendi ad retractationem venditionem in iure prothomiseos. 12.
12 Ius prothomiseos an locum habeat in feudis.
13 Constitutio iuris congrui an liget clericos. Et in quibus se extendat.
14 Tempus currere in iure congrui quando incipiat in venditione conditionali.
15 Ius congrui an cedat ignoranti.
Legis forma quid sit. Et quid forma rei.
16 Denunciatio quid sit, & an de substantia.
17 Temporis lapsus quando cedat ignoranti.
18 Absens ignorare præsumitur.
Ignorantia quomodo probetur.

Sci-

19 *Sciuisse non dicitur qui non habuit scientiam eorum quæ sunt de substantia.*

Perfectio triplex est.

20 *Venditio plurium rerum sub vno pretio an sit vna vel multiplex.*

Et qualiter veniat in iure congrui.

21 *Euictio qualiter procedat in pluribus fundis venditis vno pretio.*

22 *Stipulationes tot sunt quot res.*

23 *Ius congrui an se extendat ad omnium bonorum emptionem ratione alicuius rei coniunctæ.*

24 *Ius prothomiseos an se extendat ad donationem maioris valentiæ.*

Victus victori non tenetur reddere salarium aduocati qui gratis patrocinatus est.

25 *Contrariorum mixta fraudem præsumit in venditione.*

SANCIMVS AMODO IN OMni prouincia. Pater per constitutionem istam quòd domino tantum rei vicinæ, rei emptę competit ius Prothomiseos & actio ex isto iure Prothomiseos. Dicit enim hęc
1 constitutio quòd † si quis habuerit domũ munem, aut ex communi emptione, vel ex alijs titulis, domino competit ius Prothomiseos, ad hoc ff. de furtis. l. qui rem sibi. §. si quis alteri, ubi dicitur quòd dominus furti agere potest, & hoc verum, quia dominus rei furatę furti agit, ideo quia domini interest de ipsa causa agere arg. eodem titulo l si is, §. primo, vbi dicitur quòd si aliquis pro hærede possideat furti actio ad ipsum possessorem non pertinet, quamuis vsucapere posset, sed hæc actio tantum competit ei cuius interest rem non surripi, interest autem eius qui damnum patitur, non eius qui lucrum perdit, ut eodem titulo l. qui rem sibi in fin. Sed vtrum competat marito ratione rei dotalis vicinæ dic quòd sic quoniam ipse est dominus rei dotalis. l. doce ancillam, C. de rei vend. & l. de his, C. de iure do. Sed vtrum soluto matrimonio teneatur maritus hęredibus vxoris restituere rem totaliter aduocatã ratione occasione rei dotalis tex. facit quòd non in l. vsufructu, ff. de vsufruct. pro quo facit tex. in l. manifestissimi, §. sed cum in secundam cum ibi not. per Cyn.

C. de

C.de furtis.In contrarium facit l.quoties, & l.non solum. ff.de iure dotium,pro quo vide Docto.in l.pen.in fin.ff.soluto matrimo.Bald.

6 ALIENARE † Nota ius istud in contractibus emptionnm, locationum, & emphyteusis locum sibi vendicare, in alijs vero non, quia quod in vno permittitur in alio prohibetur, l.cum prætor. ff.de iudi. prohibetur autem in alijs contractibus generaliter, quod omnino uerum est, & iam per consuetudinem certam recipit interpretationem. ff.de legi.l.non est, & ita continuo vsu frequentatur vbi locum habet lex ista facit.ff.de contrah.emptio. l.si quis emptionem argumen.insti.de rerum diuisio.§.fi.ff.de acqui.rerum domi. l.adeo insula. Quid si via publica vel publicum flumen est in medio respondeo cessat ius Prothomiseos,pro quo facit l.si prius.§.1.ff.de aqua plu.arcen.Quid si riuus priuatus. vel via priuata, vel vicinalis vel uicus alius interueniat,hoc ius nihilominus cōpetit, quia ista nō dicuntur separare coniunctionem, argu.ff.fi.regu. l.4.§.fi. & l.5.& 6.& ff.de iudi. l.3 Sed in ijs specialis consuetudo terræ seruanda est,argu. C.de edifi.priuat.l.3.C.de emen. lib.l.fi.& C.quæ fit lon.consue.l.1.& 3.& C.de testa. l.vlt. & dicitur.de reuo.ff.de incen.l.3. Constitutio enim ista discrepat a lege C.de cont.emp.l.dudum.

8 INFRA TRIGINTA DIES, † Quæritur hic cum transacti sunt isti triginta dies nunquid habeat locum ius Prothomiseos,dic ꝙ non, sed sibi imputet qui non egit infra tēpus statutum, cum præscriptum sit huic iuri elapsis ijs diebus argu.C.de ijs qui a non do.ma.l.fi.in fi.ubi text. dixit, cum sibi admisi mancipij damna debeat imputare is qui in perniciem suam gesta taciturnitate firmauit. Item si cut præscriptione vel vsucapione excluditur quis ab actione sibi competente transacto tempore a iure statuto, vt C. de præscrip.& vsucap. l.1.ita etiam isto iure transacto tempore triginta dierum hoc tempus triginta dierum forte est per loci consuetudinem limitatum, sed constitutio dixit intra quatuor menses.

INFRA QVATVOR MENSES, Sed tunc quæro quid si venditor denunciauerit vicino quòd emat,il

le

le autem dicat ego habeo terminum iure infra quem ego possum agere, in fine termini dabo tibi pretium, vtrum bene dicat. dic quòd non, imò venditor debet eum expectare tantùm per duos menses, & non vltrà, quibus elapsis ille videretur nolle emere, sicut in simili dicitur de emphyteuta l. fin. C. de iure emphy. faciunt not. per Bart. in l. qui Romæ. § cohæredes, ff. de verb. obligatio nisi vrgens necessitas interueniat quia tunc incontinenti teneretur vicinus

4 soluere, vt infra dicetur. Sed nunquid requiratur † quòd vicinus pluries sint requisiti. dicit quod nõ, sed sufficit semel facta requisitio vt eos constituat in mora statuti temporis, vt not. Glos. paruula in l. mora, post princ. ff. de vsuc. & est tex. in l. Titia Seia. §. vsuras, ff. de leg. 1. & faciũt not. per Bar. in l. qui Romæ. §. augerius, ff de verbor. obligat.

Sed nunquid sufficit denũciari procuratori? ad hoc videtur respondendum secundum q Cyn. dicit in simili in l. in minor si C. de in quib. cau. in integ. resti. neces. vt si est procurator qui habet liberam administrationem sufficit, alias non arg. l. si procurator, ff. de tribu. & not. per Dyn. in l. pupillo. §. & generaliter, ff. de noui ope. nun. Sed Pet. est in cõtraria opinione, vt habemus. in l. 1. & 3. C. de lib. agno. Bal.

QVÆRO NVNQVID ISTVD IVS

5 Prothomiseos possit cedi vel donari, respondeo q † certum est quod nisi quis esset conuicinus & coniunctus, rei venditæ nõ haberet nec prætẽdere posset in emptionem ius Prothomiseos, quoniam ex coniunctione ipsa acquiritur & nascitur tale ius, vnde volẽs tale ius quod quis habet alteri cedere vel donare oporteret q faceret eũ cõiunctũ sicut ipse est. Nã sicut ipse sine prædicta coniũctione nullũ ius haberet sic & alius. Nã sicut sine ipsa re coniuncta tale ius nasci nõ posset seu trãsferre, qa nemo plus iuris in aliũ trãsfert quã ipse habet, ff. de reg. iur. l. nemo, & sic neq; coniũctum facere posset nisi sibi tradet rem quã coniunctam habet fundo vẽdẽdo qua nõ tradita illud ius remanet similiter apud eũ & per cõsequens cessio nulla esset, & illud tenet Cy. secundũ Pet. in l. ad officium, C. cõmuni diui. & idẽ ibi Guil. de Cug. licet alibi ponat casum Cy. in quo potest cedi in l. manifestissimi. in 3. q. C. de fur. facit. l. 1. C. cõi de succes.

Sed

SED INSVRGIT QVÆSTIO. Quidam disponens vendere fundum suum requisiti vicinum habentem fundum vicinum illi si vellet illum emere, dicens ꝙ si nollet illum emeret iam inueniret alium emptorem prorsus extraneum & vicinum fundum non habentem, puta Titium coniunctum ille respondet si velim emere infra 30. dies. soluam tibi pretium, sufficit quod mihi denunciasti infra quem terminum ipse nõ curauit emere sed donauit seu cessit fundum suum seu terram suam coniunctam quam habebat cuidam alteri, ipseque qui de nouo emit vel ex causa donationis acquisiuit terram coniunctam dicit velle vti iure & ipse velle emere fundum præfatum infra terminũ excluso illo Titio non coniuncto qui prius arras vel pretium dederat. Titius afferebat in contrarium fuisse factum illud in fraudem concurrit cum eo venditor qui magis Titiũ affectabat quęritur quid iuris. Ad quod respondeo quod ille potest conqueri de fraude & de iniuria præcedentis vicini qui habet aliquod ius & aliquam obligationẽ super bonis alienatis vel mutatis, vt puta si in his per alienationem vel mutationem creditur dannificetur seu damnum pateretur in suo iure nisi reuocatio fieret. C. & ff. quæ in frau. cre. & maximè in l. 1. in fi. Sed ipse non coniunctus qui postea cõparauit ad emendum nullum ius in re vendita. infra 30. dies prætendere poterat. quia durante Protho. dederat terras non sibi sed coniuncto eius, qui ratione prothomisis eũ excludebat. ergo de fraude præfatus non coniunctus conquæri nõ potest nec de lesione alicuius sui iuris cum nullũ infra dictum terminum ius habuerit. Ex quibus concluditur ꝙ licitum fuit præfato coniuncto requisito vẽditore te ram suam vendere vel donare quam coniunctam habebat rei venditæ cuicunque voluit, puta quia affectabat ipsum cui vẽdidit vel donauit potius habere rem prædictam vicinalem quam haberet ille Titius & sic in eum transtulit terram illam cum sua causa sicut erat penes eum, & sic cum iure Prothomiseos cum ipse habeant, & facit. ff. de contr. emp. l. alienatio, & C. de insti. l. 3. Quo iure Protho. acquisito. ipse cui facta est translatio seu alienatio, vt potest, infra 30. dies sicut poterat qui transtulit, & sic ex hoc excludi-

tur dictus Titius non coniunctus qui primo. C. pro emptione dederat arras. Cum venditur res emphy. uel censualis quis præfertur vicinus vel dominus qui habet ius emphyteuticum dic quod dominus ita dicit notabiliter. Guil. in d. l. imperatores, ff. de pac. quod no.

7 SED ponet† Vsufructuarius vult emere proprietatem illius rei in qua habet vsumfructum vtrum alter vicinus præferri possit per ea quæ dicit Cy. in l. si maritum, C. de testa. dic ꝙ vicinus prefertur. sed in isto casu vtrum uicinus retrahat proprietatem cum vsufru. vel solam proprietatem uenditam dicit Cy. quod esset inconueniens consequi vtrumque quia ille emptor non debet plus consequi quam uenditor habuisset, nisi ille fuisset in dolo. uide eum ibi. Quid si facta est uenditio quæ non tenet numquid vicinus possit ré consequi. uide Cyn. in l. fi. C. communia de leg. Quid si uendo iusta mercede necessitate coactus, nec tamen expectare terminum 30. dierum ad recipiendum pretium à volente emere per ius Proth. & illi ꝓtestor, ꝙ nisi cito mihi soluat uendam alij. Respon. ꝙ propter necessitatém ius termini perditur in sua quantitate seu dilatione, cessat enim lex ubi euenit necessitas. ff. de offi. procon. l. 1. & C. de oper. libe. l. 1. Quid si testator legauit fundum suum alicui uel dimisit hæredem & mandauit ꝙ si uendi contigerit nõ possit uendi nisi Martino quis coniunctus non erat legatarius uel hæredes uolunt uendere dicto Martino secundum dispositionem testatoris, coniunctus petit se ad emptionem præferri ratione iuris prothomisij, non obstante dicta dispositione testatoris, quæritur quid iuris. Respondeo ꝙ habens ius Prothom. est præferendus quia non potuit testator per suam dispositionem facere quod lex non haberet locum in suo testamento ff. de leg. 1. l. nemo potest, sic etiam dicitur de consuetudine quæ pro lege seruatur ff. de legib. l. de quibus. Nam beneficium a l. uel consuetudine quæ pro l. seruatur, concessum a priuato auferri non potest, in auctén. de nupt. §. si uero.

8 QVÆRO QVIDAM, † permutauit fundum suũ cum quodam pro quadam alia re & conuenit inter eos ꝙ unus alteri refunderet ultra ipsam rem vnciam unam appa-

ret

ret quidam qui habet rem coniunctam ipsi rei permutatæ & dicit quod ratione dictę pecuniæ refusæ sit uenditio, & non permutatio, quia ex re & pretio contrahitur emptio & uenditio, & sic petit rem permutatam æstimari pro rata dicti refusi pretij & sibi uenditionis titulo attribui iure Prothom. quia coniunctam possessionem habent quæritur quid iuris. Respon. q clarum est talem contractum esse permutationis in totum, ut ff. de condi. ob causam l. dedi quę est fin. per pulchras ratione in Gloss. in illius l. notatas positas & sic in permutatione cessat ius congrui ut in allegata consti. sancimus ergo &c. Tu dic secundum Barto. Quod aut principaliter inter partes agitur de permutando, & tunc censetur permutatio, aut principaliter agitur de vendẽdo, & tũc censetur emptio. & uẽditio. & pro ista quæstione uide c. ad quæstionem extra de rerum permuta. & aliqua per Cyn. in l. cum te. C. de pact. inter emp. & uendi. Et quid in dubio ui de per Barto. in l. Aristo. ff. de donat. & ponunt Docto. in l. quæritur, ff. de statu homi. & per Cyn. plene in d. l. cum tę. quomodo cognoscatur permutatio & uen itio. Sed quæ-
9 ro † sunt duo uicini unus tamen propinquior altero an iste istam rem uenditam possit insolidum aduocare alio exclu so qui remotior est, uidetur q sic per l. adeo. §. insulã. ff. de acquiren. rerum domi. facit l. trium uiri. in fi. ff. de re mili. & insti. de rerum diui. §, insula. Sed quid si sunt æqualiter uicini. uidetur q aut ambo debeant consequi, aut qui primo prouocat, aut sit locus gratificationi arg. l. si ff. de relig. & sumpti fune. facit text. in l. si uẽditor, post principium. ff. de in diem adiec. faciunt not. in l. si Titius. ff. de uerbo. obliga. & in l. si qs seruus. §. si. iure, ff. de leg. 2. & l. cũ quæstio. C. de leg. & l. si plures ff. de accu. Ista constitutio uidetur non habere locum in permutatione. Sed generalis consuetudo in contrarium se habet, quia statuitur tantum in contractu uenditionis, & sic non extenditur ad permutationem. Nam quoties uerbum uẽditionis profertur a lege municipali cõ tra ius commune non comprehendit permutationem ut est Glo. not. in l. fin. C. de prædi. cur. lib. 10. Cuius legis intelle ctum uide per Cynum in l. uoluntas. C. de fideicommiss. melius in l. 1. § 1. C. quãdo & quarta pars debe. libr. 10. ubi

ipse tractat quando res prohibita vendi vel alienari possit donari. Additio dicit Bal.in d.l.Arist.ꝙ quatenus donatio contineat aliud pactum tunc dicit contractum innominatum, & est locus pœnitentiæ.

QVÆRO QVID IN ALIIS contractibus
10 ponet† quòd pro fundo tuo reddi tibi centum & æquũ erit ne emptio vel permutatio habetur in d.l.Aristo.tamen dicit Bar. si principaliter agitur vt sit emptio licet aliqua species detur in totum erit emptio.vt l.tuum.§.1 Si vero principaliter vt permutaretur tũc esset permutatio vt extra de rerum permutatio. cap. ad quæstionem. In dubio aspiciam quod plus valet,& si valet plus res quæ daretur pro re quã pecunia erit permutatio.d.c.ad quæstionem alias esset emptio arg.l.qcquid.§.si ff.de acq.re.do.nec erit locus pœnitentiæ, vt ibi dicitur. Sed quæro dicit hæc constitutio ꝙ si quis fuerit absens causa reipu.vel fuerit pupillus quod defensores vel tutores eorum infra quatuor menses debeant soluere pro eis iustum pretium & recipere rẽ iure Protho. ꝙ si non fecerint omne damnum ꝙ illi pupillo vel absenti ex tali negligentia contingerit,eis de proprio reficient.constat modo ꝙ in ciuitate est quidam pupillus nõ habens tutorem,& propter hoc amisit ius Prothom. facta venditione alijs, 30.diebus vel quatuor mensibus elapsis nunquid pupillus iste habebit aliquod tempus recuperandi rem illam. Dic quòd remedium quod alias daretur ei contra tutores dabitur sibi contra magistratum qui ei de tutore nõ prouidit,quia ad eũ spectabat,& si non fecit imputetur ipsi magistratur omne damnum pupillo proueniens,vt ff.de magi. conue.l.1.† magistratus,& insti.de Attilia.tuto.§.sed hoc. Quia si dicta constitutio ob minorem ætatem voluisset ei aliter prouidere puta de rest.in integ.vel altera subalternatione dixisset.Sed tantum præparauit vltimum remedium, vt C.de cadu.tol.l.1.circa prin.ibi,quod corrigitur vel reformatur transit incognitum.

11 SED ADHVC QVÆRO. †Nam superius dicta habent locũ in minoribus. Quid de captiuo vel absente non habẽtibus procuratores pro quibus nõ est remediũ aduersus magistratum ; & in domo aliquem non dimisit,

dic ꝙ consilium est, ꝙ quando talis res venditur fiat denũciatio per emissionem banni, quia fortè aliquis consanguineus vel amicus suus interponet se pro eo in factum suum in talibus oportunum arg. ff. ex quibus cau. in pos. ea. l. hæc autẽ, primo responso. & §. 1. & l. Fulcinius. §. 1. alias 2. & ff. de priui. credi. l. si pupillus. Quid si hoc facto nullus comparuit & captiuus vel absens causa reipublicæ rediẽs petit retractari venditionem & iure Protho. sibi attribui offerens pretiũ de ea re quod soluerat extraneus emptor causas captiuitatis vel absentię allegans ad quod videtur dicendum ꝙ ex quo dicta constitutio sancimus loquitur de captiuis vel absentibus procuratores habentibus vel alias personas statuta pro eis, tunc contra tales procuratores negligentes vti iure Prothomiseos infra terminum statutum possunt habere recursum ad damnum eis ex hoc proueniens. Et de nõ habentibus tales personas vel procuratores constitutio nullam mentionem facit, sed indeterminatum relinquit & propterea opus est noua lege quæ determinet illud dubium quod sępius contingere potest vt dicitur per Ray. alias per Azonem in l. si sorores, in ti. de succes. Et licet, licet habentes procuratores contra eos prędicto modo sint muniti. Isti tamen nullo modo, & propterea videretur iniquum, quod
12 sine culpa damnum paterentur, † & ideo iuris remedijs succurrendum est eis per beneficium restitutionis in integ. vt C. & ff. ex qui. cau. ma. & ff. de capt. & postli. reuer. per totum, per quod recuperare poterunt rem supradictam, quia per eos non stetit quominus infra statutum terminum iure suo vterentur, ergo eis imputari non debet. C. de instit. l. 1. & l. vter. ff. de cõditio. insti. & l. qui operas. ff. locat. Ad hoc etiam facit quod dicitur non est in Mora qui potest legitima exceptione se tueri. ff. si cert. pet. l. lecta, & de verb. obl. l. si pupillus, & de reg. iu. l. non est. & l. nulla. Tunc eis damnum imputaretur si illud eorum culpa contigisset. ff. de procur. l. qui proprio. §. procurator. Et quia constitutio dicit ꝙ habet locum etiam in locatione potest corroborare per l. nemo, C. de locat. & per l. si pendentes. §. 1. in fi. ff. de vsufr. Sed vtrum ius Prothom. habeat locum in feudis, videtur ꝙ sic, per tex. in titulo quod sit inuesti. §. sed & res.

SED

13 SED PONE,† quòd res fuit vendita alicui clerico a quo ista rés auocabitur per proximum ratione constitutionis & consuetudinis, posito q. constitutio & cõsuetudo ista liget clericos dicit clericus ego volo deducere ex ista re & retinere tantũ quantum fuisset per te vel per alium laicũ solutũ ratione istius rei pro collectã, vel pro tributo, licet ego nihil soluerim, quia de ea non tenebat ratione priuilegij clericalis, vtrũ bene dicat, videtur q. sic, pro quo vide Cynum in l.neq; C.de hær.insti.qui videtur dicere cõtrarium licet non firmet pedes, pro hoc facit materia l.omnes C.sine cens.vel reli.& l. inter debitores ff.de pact. Mihi videtur q. dubiũ non sit solutũ per istas allegationes cogitabis, tamen consului isto anno contra clericum, Sed vtrum hæc cõstitutio habeat locum in donatione, vide legem primam. C.de fund. patrimonia. lib.11. Sed utrum hæc constitutio habeat locum in re data insolutum, uidetur q. sic quia datio insolutum simile est emptioni. ut ff.pro empt.l. 3.& l.fi.ff.ex qui.cau.in pos.ea.& l.fi.C.de senten.sed Spe. in tit.de emptio.& uenditio.§ interdum, uersi.sed pone sta tutum, dicit q. in contrarium fuit iudicatum propter uocabulorum diuersitates, arg.l.si idẽ, C.de codi.& extra de deci.c.ad audientiam. Item quia debet interuenire pretiũ ut sit emptio.ut l. 2.ff.locati.& ff.deposi.l.1.§.si quis seruum, & l. si conuenerit ff. communi diui. licet faciat in contrarium.l.fina.ff.de conditio.ob caus. & l.naturalis ff.de præscrip. uerbis.

14 SED QVÆRO † quid si aliqua res uendatur sub cõditione quando incipit currere tempus infra quod possit ius Prothomi. quæri.dic q. a tempore aduentus cõditionis ut dicit Guil. de Cun.in l.1.ff.quando act.de pec.est anna. per text.illum.& per lege Caius.ff.de excu.tut.& facit l.tali facta.ff.de iure doti.& l.1.ff.de iure deliberan.& lege bouem.§.si sub conditione. ff.de ædili.edic. Sed pone q. Titius uendit extraneo & dũ inter illos esset controuersia forte de re tradẽda emptori fuit litigatum inter eos per annũ infra quem de consuetudine poterat uicinus uel proximus auocare rem, utrum nõ obstante talis anni cursu siue lapsu quo durauit dictum litigium possit nihilominus intentari

actio iuris congrui per istum uicinum. Cyn. videtur tenere quod sic per l. contra maiores C. de inoff. test.

Sed pone iure municipali uel cõsuetudine iuris Prothõmisij caueatur in aliquo loco q si vendatur res vicina mihi & est mihi venditio denunciata q habeo 12. dies ad recolligendam rẽ & si non fuerit mihi denunciata habeo quatuor menses a die scientiæ. Modo pone quod vẽdita est res vicina me absente, quidam amicus meus mihi scripsit, scias, q talis vendidit talem domum vicinam tibi & mihi ego rogo te vt renũciens eidem ius Prothom. q habes, ego scripsi si verum est quod talis uendiderit de illo iure quod habeo nihil uolo facere nisi quod Titius quidam uoluerit, quæro an per istam literam scientia sit probata, ad quod dicẽdum
25 est † quod ipsius iuris congrui seu Prothom. ius non cedit ignoranti absq; dubio. Nam in tempore duodecim dierum labendo requiritur nedũ scientia, seu denunciatio quæ est de substãtia, quia statutum seu cõsuetudo denunciari exigit, & à forma statuti non est recedendũ, quia forma est de eius substantia sicut forma rei est de substantia rei & forma in actibus hominum est de substantia ipsius actus. Est autẽ forma legis ordinata dispositio certos habẽs fines. C. de iure fisci l. certa forma, lib. 10. & ff. de cẽs. l. forma, & ff. ad municip. l. cõstitutionibus. Forma autẽ rei est quidam gradus seu perfectio eius a natura vel arte, & antequam ista forma inducatur dicimus rem rudem & quasi rudem materiam l. quæsitum. §. illud fortasse, ff. de leg. 3. forma vero in actibus hominum est debita partiũ ordinatio secundum prius & posterius ff. de const. pec. l. 1. §. cũ qui, de prescrip. verbis l. na
26 turalis. Denunciatio autem est † facti futuri, vbi de futuro loquimur certa & clara & intelligibilis designatione cum requisitione protestantium, vel prohibitione tacita uel expressa ff. de adul. l. denũtiasse, & ibi p Bar. ff. q vi aut clam. l. aut qui aliter, & C. quæ res pig. obli. pos. l. nomen. An autem denunciatio sit de substantia. Respõdeo, aut lex expresse requirit denuntiari, & tunc quasi in forma quã est astrictus qui denunciet. Aut lex simpliciter loquitur, & tũc aut tractamus quo ad finem sciendi & sufficit sciẽtia. ff. de petitio. hæredi. l. item uenitt. §. pretium. Aut quo ad effectum

alium alterius rei inducendæ vel prohibendæ, & tunc non sufficit scientia. vt d.l. denunciasse. vbi lex requirit denũciari absque dubio scientia necessaria est dico facti & formę ipsius & cæterorum quæ habent factum substantia re l. si quis inficiatus, ff. depositi. cle. causam, de elec. ff. de actio. emp. l. 1. §. fi. & l. quæstio. & extra vt lite penden. c. fi. in cle.

VENIO AD STATVTVM, de quatuor mensibus quod non requirit denuntiationem, sed scientiam & dico ꝙ licet non dicat a die scientiæ, tamen ita interpretari
17 debet sciendum est tamen † quod quandoque lapsus temporis inducit ignoranti fauorẽ, & tunc cedit ei ff. de his qui no. infa. l. genero. quãdoque odium vel exclusionem, & tũc non cedit ignoranti ff. de excusatio. tut. l. quinquaginta, & de ędi. edic. l. cum sex. & de calum. l. animus, quia ergo hoc induceret exclusionem a iure congrui merito non labitur ignoranti factum. Cum ignoranti factum non currat tempus emptionis seu deliberationis C. de iure delib. l. cum antiquioribus, ff. de cõd. & dem. l. multũ. C. de capt. l. nec nos. Suppositis igitur fundamentis videamus si scientia est probata. Certum est enim ꝙ ignorantia facti præsumitur & maxime vbi absentia cõprobatur, & ideo quilibet præsumitur ignorare factũ alienũ ff. de probatio. l. verius. Scientia enim factũ est, & facta non præsumuntur nisi probentur & ideo quilibet præsumitur ignorare factũ alienũ, nisi sit tale ꝙ ratione officij teneatur scire ff. de cõfirma. tuto. l. si patronus, vel ratione sanguinis, vt l. de tutela. C. de in integ. rest. mino. vel ratione contractus a celebrati. vt ff. de reg. iu. l. qui cũ alio; vel ratione consuetudinis & viciniratis. ff. de flumi. l. 1. § labeo, vel ratione notorietatis, vt no. C. de peric. tut. l. penul. ff. de receptio. l. 1. vel quia se simulare finxit. ff. ꝙ quisque iur. l. 2. Et de scientia & animo statur etiam literis priuatis eius qui se dicit scire ff. de neg. gestis. l. nesennius, si veritas rei concurrit cũ opera ff. de acqui. hære. l. cum q-
18 dam §. quod dicitur. † Sic & de ignorantiã quia creditur ei qui allegat ignorantiam præsertim si iuret se ignorasse. Creditur ei qui allegat ignorantiam, extra de elec. c. innotuit, in Glos. ignorantia, & not. in c. certa eo. tit. in 6. & maxime absens præsumitur ignorare. ff. de excu. tuto. l. pla-

ne, ff. de decre. ab or. fa. l. fi. facit quod not. 82. di. præposuisti de postu. præd. c. 1. extra qui ma. ac. pos. cap. cum in tua, per Inno. in c. licet, de proba. in Glo. sed non ne. C. de her. ven. l. qui nondum ff. de admini. tuto. l quidam decedens. §. ex quo innotuit. Qualiter etiam probetur ignorantia per testes no. Spe. in tit. de ambi. §. 1. ver. sed qualiter.

HIS SIC PRÆMISSIS, est videndum an sit probatū q̄ talis sciuerit nec ne, & videtur q̄ sit probata sciētia contractus, & per consequens per lapsum termini quatuor mensiū sit exclusus a iure congrui per. l. item veniunt, §. a quo, ff. de pet. here. & hoc per testes, & p̄ literas remissiuas & responsales. ff. ad macedo. l. si seruus, ff. de actio. & ob. l. 2. Contrarium dico propter duo, primò q̄ non sufficit scire factum nisi sciat eius modum & qualitatem. Plena enim scientia requiritur; & q̄ facti series nō ignoretur. Sed hic de certo pretio sine quo cōtractus venditionis nō valet nō dicunt testes nec lex nec litera loquitur nec presumitur vt no. Cy. & Pet. C. de contrahen. & commit. stipu. l. 1. Debet enim certificari de pretio ille qui habet ius congrui. C. de iur. emphy. l. fina. Quia ergo non habuit scientiam eo-
19 rum quæ sunt de substantia, †non dicitur sciuisse sed ignorasse. ff. de condi. & demon. l. multum, ff. de hære. vel actio. ven. l. sed & si de sua. Secundo, quia non constat quod sciuerit venditionem perfectam quo ad omnia. Triplex enim est perfectio. scilicet quo ad conuentionem, & hoc fit cum cōtractus a partibus absoluitur siue purè siue conditionaliter. Ita quod nō licet penitere. C. de actio. & obli. l. sicut. Secūda est perfectio quo ad actionem & obligationem quæ etiā rei periculum ad se trahit. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. necessario. Tertia est perfectio quo ad executionem per rei traditionem & pretij numerationē, & ista est postrema, & finalis perfectio quæ proprius dicitur perfectio quam aliæ duæ suprascripta, quia id est perfectius, q̄ ex omnibus suis partibus constat. l. 1. de orig. iur. ff. de pact. l. ab emptione. C. quādo lice. ab emptio. disce. l. 1. & 2. Quia ergo tempus quatuor mensiū requirit perfectionē quo ad omnia, ideo incipit currere rebus integris omnibus existētibus. Tria ergo sunt necessaria vt currat & tria sunt probanda, scilicet vera

exi-

existentia contractus, perfectio eius, & scientia de vtroque, alias non currit tempus quadrimestre, ergo ius congrui potest merito intentari. facit extra de in integr. restitutio. capit. restitutus, nec potest alteri cedi nisi cum re vicina, quæ rei cohęret vt dicit statutum, facit quod no. C. communi diuidun. l. ad officium, per Petrum & Cynum.

20 SED PONE QVOD QVIS † habens domum & terram vendidit vtranque vno pretio puta 10. cuidam qui erat coniunctus domui tantum, & non fundo, petit iure Prothomiseos emere domum tantum. nec vult fundũ vẽditor, sed ille emptor extraneus dicit aut totum emas, aut totum dimittas, quæritur quid iuris? videtur primo quod non sit audiendus volens domum tamen emere. pro hoc facit illud generale aut totum admittendum aut totum repudiandum. vt l. quidam eulogio, C. de iure delib. ff. de admini. tuto. l. cũ queritur in fine. Item vbi facta est venditio plurium rerũ vno pretio debet firma manere priori emptori, quia vna dicitur emptio & venditio ne in particulari venditione venditor afficiatur in commodo. quia particularis solutio est damnosa. ff. fami. erci. l. plane. Item aliquid fit ratione totius quod non fit ratione partis. ff. fami. erci. l. Meuio. §. in fundo. Item ne prior emptor partem tantum coegeretur emptam habere cum alias nisi in totum non fuisset empturus. ff. de in diem adiec. l. quod si vno, & ff. de mino. l. tutor. §. 1 & de ędil. edic. l. cũ eiusdẽ, & de solu. l. si quis aliã. In contrariũ videtur dicendum, ꝙ licet domus fundus vno pretio vendatur tamẽ vnũ nõ est pars alterius, q a corpora sunt diuersa. ff. cõmo. l. cũ plures, ff. de verb. obl. l. scire

21 debemus. † Vnde pluribus fundis venditis, vno pretio, vno euicto, pro vno tantũ potest agi de euictione, quia tot sunt venditiones quot sunt res in emptione comprehensæ. vt l. cum plures, supra allegata. & superiora arg. possunt habere locum quando esset totũ contiguum vel vnũ corpus quod venderetur puta vna domus vel vnus fundus & vicinus peteret & vellet partem ipsius emere tantum. Sed cum plures diuersi iuris vendantur vna non potest dici pars alterius nisi esset talis quæ esset eiusdem officij vel vna esset alteri accessoria quo casu deberet obseruari quæ diximus ff. de ędi.

edict. l. cum eiusdem in Glo. Restat ergo ꝙ si in vna habeam ius Prothomiseos. Istud ius nō debet mihi auferri facto venditoris vendentis in præiudicium iuris mei plures alias res vel corpora. Nam istud ius seu beneficium contra ius commune competit ex cōsuetudine quæ pro lege serua

22 tur, & est † ius ciuitatis & beneficiū a lege cōcessum quod priuatus auferre non potest, vt in auc. de nu. §. sed non solū nec per alium debet alteri iniqua conditio a ferri. ff. de reg. iur. l. non debet. Item licet sit vna emptio, plurium corporū simul vno pretio facta, tamen habito respectu ad ipsa corpora possunt dici plures emptiones & venditiones, quia de singulis agi potest actione ex empto. ff. de actio. emp. l. si vno sicut vna stipulatio de pluribus rebus fieret, quia quot sunt res, tot sūt stipulationes, ff. de verb. obl. l. scire debemus. Et si testator vno contestu plures res legauit, tamen quot sunt res tot cēsentur esse legata, ff. de leg. 2. l. 2. & legatarius potest vnum repudiare, & alterum petere, quod est in vna re tantum legata, quia legatarius non potest eius eiusdem rei partem petere & partē repudiare ff. de leg. 2. l. neminē. Sic ergo his argumentis habes quod vicinus petere potest ratione iuris congrui se admitti ad emptionem vnius rei venditæ in qua ius vicinitatis habet, & res alias emere cogi non debet. Nam de iure cōsuetudinis huius iuris Prothomiseos quod communiter in partibus Neapolis & Messane ius congruum appellatur. Iuri communi derogatum est vt inuitus quis vendat cui aliàs non venderet C. de iure deliberan. l. nec emere, ff. de contrah. emp. l. inuitum. Et quod contra iuris rationem introductum est non debet ad consequentiam trahi. ff. de lega. l. quod vero.

23 ITEM PONE QVOD QVIS † vendidisset omnia bona sua alicui, ergo peto me admitti ad emptionem omnium bonorum ipsorum ratione alicuius rei ex his mihi coniunctis per quam ius Prothomiseos mihi competere prætendo inuito venditore & emptore vtrum possim, & certè hoc satis videtur absurdum vt compelletur venditor mihi omnia bona vendere sicut non posset me compellere vt omnia bona emerem ratione iuris Prothomiseos. Sed quomodo fiet æstimatio illius rei tantum quam ego peto emere

re

re ex iure Prothomiseos. Cum vno pretio vendita fuerint tot bona. dic ꝙ iudex æstimabit deducta æstimatione aliarum rerum venditarum in cõmuni.ff.de leg.2.l.si quod ex pamphila,& l.qui solidum,§.1.& vide Glos.ad hoc no.in l. si plura.ff.de ædil.edict. Sed iuxta prædicta quęritur quid
24 si Titius plures fundos vno pretio pona decem vncijs vendidit Sempronio & adiectum est in contractu venditionis, & quod plus valuit dictus Titius dicto Sempronio donauit aquo iurauit se recepisse Modo Meuius habet fundum vicinum ratione iuris Prothomiseos, & vult soluere pro rata pretij recepti; emptor opponit donationem sibi factam de eoquod plus valet. Sed si eum vult quod iusto pretio emat quæritur quid iuris. Et primo videtur quod pro rata pretij recepti debeat solui,ita videtur no.Glo.in l.pen.ff.de ędil. edict.& videtur text.in l.si quod ex pamphila, & l.qui solidum. §.1. ff.de leg.2. Præterea in iure Prothomiseos non soluitur nisi pretium quo emit vt in hac constitutioné not. qui tex. etiam facit pro hac parte, quia victus victori non soluit salarium pro aduocato quem gratis habuit; vt per
25 Bar.in l.stipulatus es, ff.de fideiuss. † Aduerte quòd quando in contractu venditionis adijcitur donatio quantum soluet vicinus volens rem iure Prothomiseos videtur quòd talis adiectio donationis nil operatur,quia quando fit mixtura quorundam contrariorum præsumitur fraus, & reuocatur res vendita. ita tenet Guil. de Cu.in l.si tibi decem,ff. de pact.In eo qui uendidit quadraginta & adijcitur quod si quid valet plus donat emptori, certè non obstante tali donatione præsumpta fraude reuocatur res uendita,l.2. C.de resc.uend.Bal.de Perusio.

LAVS DEO.

COMMENTARIVS IN L. DVDVM.

C. DE CONTRAHENDA emptione & venditione.

AVTHORE MARCO MANT. Bonauidio Patauino Iuris Interprete Imppp. Valentin. Theod. & Arcad. A. A. A. Fabiano, P. P. Illyrici & Italiæ.

SVMMARIVM.

1 Proximi appellantur ij qui nobis sanguine coniuncti sunt.
2 Consortes sunt illi, qui habent communionem in eadem re.
3 Artis principia semper certa.
4 Liberum debet esse arbitrium vnicuique disponendi de rebus suis. Ius diuinum per legem ciuilem tolli non potest.
5 Iniuria grauis dicitur illa quæ inani colore honestatis velatur.
6 Superfluitas dici non potest, quando id quod in vna lege disponitur in alia repetitum est.
7 Conueniens plerunque est & rationabile quod quis vendat rem suam etiam inuitus.
8 Scholaris si domum non inueniat, dominum cogit ad locandum ei.
9 Domini ad seruum est amicitia non quia seruus, sed quia homo.
10 Antonius seruum suum crudeliter verberatum & patibulo constrictum per circum egit.
11 Hadrianus Imperator Vmbriciam matronam quinquennio relegauit, quod ancillas male tractasset.
12 Fauore religionis multa inducta sunt contra regulas iuris.
13 Fauore religionis Falcidiæ non detrahitur.
14 Appellandum est gradatim.
15 Vltimæ voluntatis fauore introductum est quod dominium absque tradi-

traditione transeat.

16 *Testator iure sua quam legem vult apponere potest.*

17 *Fideicommissum onus est & grauamen.*

18 *Differentia est an in contractu, & per pactum prohibeatur alienatio an verò à testatore.*

19 *Emphyteuta non potest vendere melioramenta sua irrequisita domino.*

20 *Litigiosa efficitur res solam citationem.*

21 *Statuta ista an sint iniqua vel æqua.*

22 *Statuta ista an valeant, & sustineantur.*

23 *Iniquum est quod pater teneantur pro delicto filij.*

24 *Debitoris corpus diuidebatur inter creditores ex lege 12. tabularum.*

25 *Statuentes possunt inter subditos suos disponere ad libitum.*

26 *Pretium iustum dicitur esse, quod quis habiturus est sine deceptione.*

27 *Proprietatis amissio non restituit vsumfructum.*

28 *Triginta dierum spacio tollitur ius istud.*

29 *Tempus à statuto præfixum nunquam currit nisi à die notificationis facta.*

30 *Scientia sola non sufficit.*

31 *Etiam si esset testis in instrumento.*

32 *Notificatio quòd semel fiat sufficit.*

33 *Denunciatione non facta habeat hæ personæ annos triginta.*

34 *Religioni contrarium vt Iudæi possideant Christianum mancipium.*

35 *Inter Iudæos & Christianos nulla fraternitas est.*

36 *Statutum an habeat locum, si domus vel vinea, vel ager detur in solutum.*

37 *Vocabulorum diuersitas arguit diuersitatem effectus.*

38 *Statuta sunt stricti iuris.*

39 *Stante statuto quòd equi scripti pro communi vendi non possint, si quis equum dederit ex his in solutum creditori, incidit in pœnam.*

40 *Permutatione facta cum certa pecunia exbursata an liceat recuperare.*

41 *Attendi semper debet in contractibus quod principaliter agitur.*

42 *Infinita vitanda.*

Actio

43 *Actio personalis sequitur successorem quando rem afficit.*
44 *Interpretatio semper fieri debet, vt minus præiudicetur iuri communi quàm sit possibile.*
45 *Maritus est dominus dotis matrimonio tantum durante nu. 46.*
47 *Rei non estimatæ dominium transit in maritum.*
48 *Morte vxoris nunquid maritus teneatur hæredibus eius restituere fundum recuperatum per ius congrui.*
49 *Idem indicatur de augmento quod de re aucta.*
50 *An remotior possit facere quòd proximiori assignetur terminus ad recuperandum rem venditam alias exclusus sit.*
51 *Terminus hominis succedit loco terminis iuris.*
52 *Ex paribus in cohærentis quis præferatur.*
53 *Vicinus cohærens via publica in medio existente an admitti debeat.*
54 *Via publica separat & distinguit.*
55 *Practica vt in instrumentis venditionum dicatur cui cohæret ab vna parte via publica.*
56 *Vicinus quoque dicitur is cuius vocem audire possumus.*
57 *Colonus cui potius debeat vendere fructus.*
58 *Istud ius an competat his qui nondum erant in rerum natura tempore venditionis.*
59 *Cui non conueniunt verba legis, nec conuenit lex.*

DVDVM Ad huiuscæ not. & quotidianæ legis intelligentiam, præmitte, quid sit prothomisis. Secundò, qui proximi, proprie. Tertiò, qui consortes. Et dic breuiter ad primum, nihil aliud esse, nisi ius quoddam prælationis, concessum specialiter aliquibus personis, de quibus infra, in contractu emptionis & venditionis, quasi prima admissio, & prothomiseos ius adhuc, idest anterioritatis. §.discipuli, vet sicu. in reliqua, in proœ. digestorum, & not. in simili in l. nec prothestasie. C. de mu. pat. lib. 10. & in §. fi. in auct. de tabel. & in cap. debitum, de biga. quod etiam congruum, siue ius congrui, Docto. vbique

de

de hoc tractantes, appellant, & bene, quoniam congruit, cõsentaneumque est, personas prædictas, ad emptionem rerũ distractarum, seu quæ distrahuntur, potius admitti, quàm alios, vt infra pariter dicemus, & pro nunc est arg. in l. si in emptione. ff. de mi. & l. lex quæ tutores, in §. nec vero. C. de admin. tutor. & melius, quam alibi, in l. cõgrui. C. de lo. pręd. ci. libr. 11. vbi ęquitati congruit in simili, vt primus conductor præferatur quibuscũnque, finita locatione, si idẽ offerat pretium, quod not. quia quotidianum, & in pulchro casu extollit Paul. de Castr. in consi. 4. incip. circa primum, in fi. in 1. vol. & de isto iure congrui, agitur hic, & etiam in l. ad officium, C. commu. diui. & plenè per Matth. Afflict. in trac. quem facit, & quem sic vocat, per totum. Secundũ, du-
1 bitationem non habet quoniam proximi† appellantur propriè illi, qui nobis sanguine coniuncti sunt, vt etiam Glos. 1. declarat, quæ ob hoc erit expedita, & propriè dixi, quia alias verbum est & terminus multum generalis, l. 1. §. sed vi dẽdum, ff. de suc. edic. l. 1. in prin. ff. de iu. & fac. igno. not. in §. fi. insti. de suc. co & de ser. co. in prin. eo. lib. late L. C. in l. si bonorum, in princ. C. qui admi. Minusq; tertium, quia con
2 sortes† sunt illi, & proprie pariter, qui habent communionem in eadem re, vel causa; & sic per participationem dominij ad differentiam proximorum, de quibus supra, & no. per Docto. hic, & in l. 1. ac toto tit. C. de con. eiusdem lit. & in c. cum dilecti, de do. & con. etiam ratione minimè partis (quod est perpetua obseruatione dignum) l. 1. & ibi Bald. in princ. C. de commu. ser. ma. His iactis, (casus enim clarus est, nec dubitationem habet, nisi vt infra; ex quo po-
3 nuntur altis† principia, semper certa, quemadmodum etiam dixi in l. transigere, de transac. & in l. 1. ff. de iu. om. iud. hac de re non aliter figurandus.) Notandum est primò quòd olim, ac ante istam legem, non poterat quis vendere rem suam, cui volebat, sed proximis, & consortibus tantum. quodque sic extranei ab emptionibus arcebantur penitus
4 & male, cum liberum † debeat esse arbitrium vnicuique disponendi de rebus suis, modo quo voluerit, & cui sibi vi debitur, ita vt fuerit necessaria amplius huiusce legis nostræ dispositio, antiquam corrigentis, & probatur etiam in

l. inui-

l. inuitum. & in l. in vendentis, supra eod. & in l. nec emere, C. de iu. delib. & considera, quando fit correctio, quòd expresse fieri debet, l. fin. C. de indi. vid. tol. l. pcipimus, C. de ap. l. sancimus, C. de testa. ca. maiores, de bap. alias non admittitur, nec inducitur aliquo modo, non per arg. a contrario, c. vnico, de æta. & qual. in 6. c. significasti, de for. cõpet. & not. latè in l. 1. ff. de offi. eius, non per subauditos intellectus, c. cupientes. §. quod si per viginti, de ele. in 6. nõ denique ex idẽtitate rationis, l. fine. §. 1. in fi. & ibi Bar. ff. de iu. patr. Sed dubito, vbi nam esset hęc lex, quæ vetebat dominis, ne possent res suas vendere, nisi certis personis. Nullus declarat. Dic tu, q eam nõ habemus, vt in simili dicit Glo. in l. admonendi, ff. de iureiu. & in §. præterea, insti. de ac. & in §. nos autem, de at. tu. eo. lib. vel q cõsuetudine hoc idẽ esset indutum, vt in c. cõstitutus, de in integ. rest uel q lex erat veteris testamenti, posita Leui. c. 25. & Iere. 32. & Ruth. 4. Quarum sol. nulla placet, non prima, quia legislatori non est credendum. auc. si quis in aliquo documento, supra de eden. Non secunda, quia refragantur verba text. hic. Non denique tertia & vltima, quia ius diuinum, per legem ciuilem tolli non potest, secundum Glos. communiter approbatam, in l. si. C. si con. ius vel vti pub. & in l. 1. ff. de con sti. prin. estque argu. optimum, in §. sed naturalia quidem, insti. de iu. na. & quia in d. locis deciditur, rẽ venditã, posse iure propinquitatis redimi, non q ius ipsum venditioni resistat, & sic ex his vlla tenẽda est, prima teneri debet nec ob. q legislatori haud sit credendum. quia contrarium verius est, ex equo poterat statuere de nouo quod refert limitaturq; d. auc. si quis in aliquo, hoc casu, vt p Bar. & Doc. in d. l. admonendi, in 2. col. ff. de iureiur.

5 Secundo notandum est, q grauis† iniuria illa videri debet, quæ inani honestatis colore velatur, ex quo libertas aufertur, quæ est naturalis facultas, cuique concessa, disponẽdi de re sua, vt sibi videtur, quemadmodum etiam supra dictum fuit & similis loquendi modus est in l. sanum mente. C. de trãsa. ibi, nec postulare debueras, improbo desiderio, placita rescindi, valitudinis corporis aduersę velamento, & in l. 1. C. de interd. ma. vbi velamẽtis rusticitatis, & imperi-

tiæ,ſenatuſcon.de quo ibi,circunueniri nõ debet,& in l.velamento. C.de poſtu.vbi velamento abſentiæ patroni,ſententia non vitiatur,& ferè idem,in l.1.C.de repu.bo.po.& in l.tranſactionem,C.de tranſac.

Tertiò notandum eſt, quamuis homines (vt diximus) inuiti cogendi non ſint,aliquid facere de rebus ſuis,poſſintq́; pro ſuo arbitrio quærere emptorem,q tamen non eſt generaliter verum,ſi lex ſpecialiter perſonas quaſdã prohibeat; exemplificando,vt infra.Sed moueo difficultatem,quo modo hoc idem eſſe poſſit, cum implicare videatur contradictionem.nam in prin.tollit legem antiquam,& in fine, poſtea eam confirmat,& malè.l.non ad ea,ff de condi.& dem. Sol.facilis eſt,ſi dixerimus, vt dicunt Doct.hic q lex antiqua prohibebat generaliter alienationem in extraneos, nõ ſpecialiter, & ideo eſto quòd generaliter quoque corrigatur, non ita generaliter tamen corrigitur, quin ſpecialiter prohiberi poſſit,etiã certis perſonis, & ex cauſa quidem rationabili,vt ſupra.& eſt ſimile in l.ſi tibi,ff.ſi cert.petat.vbi Iuriſcon.in prin.loquitur de rigore,in fi.autem de benignitate. Secundo,moueo difficultatẽ quomodo poſſit hęc lex procedere,cum videatur etiam tollere leges,ac conſuetudines futuras,l.leges,C.de legi.c.fi.de conſt.& tamẽ in materia valent,c.conſtitutus,alleg.etiam ſupra,de reſt.in integ. Sol. quando lex pręterita tollitur ratione turpitudinis, & ſimili,tunc etiã tolli videtur futura. l.3. §.diuus.ff.de ſep. vio.ſec.hic tollit̃ ex quadã ęquitate. ergo. Tertiò,moueo difficultatem,quia deciſio hęc videatur ſuperflua,conſiderando,idem alibi prius deciſum fuiſſe,& maximè in l.proxima.& in l.inuitum.ſupra eo.alleg.etiam in 1.no.& ad propoſitum malè,quia in iure nihil debet eſſe ſuperfluũ.l.hæc ſtipulatio §.diuus,ff.vt leg.no.ca.§.quibus, ſupra de no.C. fa. Sol. ſuperfluitas † dici non poteſt, quando id, quod in vna lége diſponitur,in alia repetitum eſt,aliquo addito.l.libroꝝ,ver.quod ſi in codicibus. ff.de leg.3.tradit Bar.in l. 1.in princip.ff.pro ſuo. Vel quia dicatur in vna ſimpliciter quid,in alia verò idem per modum rationis, vt hic,& in l. diem functo,ff.de offi.aſſeſſo.& in l.diem functo,ff.loca.& ſic in terminis.

6

AD

ADDITIO.

VEL dic, pro ratione dubitandi facere, legem antiquam corrigi non debuisse in casu huiusce legis nostræ, quoniam
7 imò conueniens † est plerunque & rationabile, q̃ quis vendat rē suam, etiā inuitus. l. 1. C. de com. ser. ma. vbi socius, ex constitutione diui Seueri & Antonini, compellitur vendere partem suam socio, quam habet in seruo, vt libertate donetur. Et idē in simili dicitur, in §. fi. insti de his qui sunt sui vel ali. iu. q̃ absolute dominus seruus vendere compellitur, ex eiusdem Antonini rescripto. & idem in l. si quis sepulchrum, ff. de religio. & sump. fune. vbi cogitur quis vendere viam alicui eundi ad sepulchrum suum, si aliam non habeat, iusto pretio tamen arbitrio iudicis taxando, & sine magno venditoris detrimento, & idem in l. non enim, & ibi Bar. ff. de ac. re. amo, dicēs, si quis rem suam venalem expo suit, quòd non potuit amplius penitere, quodq́; ipsam, dentibus inuitis, vendere cogitur, & limitabitur quod habetur in l. si pecuniam. ff. de condi. ob cau. tradunt late scriben. in l. rogasti in prin. ff. cer. pet. & in l. 1. C. de ep. au. & idem in l. 1. vbi Bald. in 4. col. ff. solu. matr. dicēs pariter, si scholaris
8 † domum non inueniat, quòd dominum cogit, ad locādum ei, sed argu. de locatione ad venditionem valet, l. 2. ff. loca. ergo & idē in l. si seruus, ff. de vul. & pup. sub. vbi si seruus communis, pupillariter substituatur, cōpellitur dominus, partem suam, etiam inuitus, vendere. & idem in l. 2. in fin. C. de pat. qui fi. dist. vbi filius distractus necessitate famis, potest repeti, cogiturq́ue emptor ipsum vēdere, modo pretium offeratur, quō potest tunc æstimari. Et idem in l. & si equo, ff. de leg. 1. vbi si testator iusserit, hæredem, fundū à legatario emere, uel ecōtra, legatarium, ab hærede, vtique legatarius, uel hoc casu heres, tenebit vēdere, & ad id utique, per officium iudicis, compelli poterit. Sol. conuenit, rationabiliq; est in d. casibus tantum non regulariter, ut hic & ideò (ut dicebam) fuit omnimodo necessarium, antiquā legem corrigere, ne dominis auferatur potestas uendidi rē suam, cuicunque uoluerint, ut supra. Et specialiter respondendo

dendo,ostenditur,quoniam primum,in libertate procedit, quę maxime fauorabilis est,l.generaliter.§.si quis seruo pi gnorato.in fi ff.de fideicom. lib. dixique ego in tracta. nuper edito,de fauoribus libertatis, latissime. Secundum vero, in sæuitia dominorum,quorum odio id erat indutum à lege, vt text.met.dicit,in d.§.fi.& nimirum,quoniā esto, q̄ vtroq; iure,tam ciuili,quām prætorio, pro nihilo reputentur, habeanturque pro mortuis, l.seruitutem,l.quod attinet,ff.de reg.iur.l.1.ff.de iu delib.& pecudibus amplius cō parentur.l.qui duos,ff.de leg.3.l.2.ff ad leg.Aquil.vilissimiq; appellentur. l.si ex duobus, ff.de noxa. ac.non tamen ab humanitate sunt alieni,imò communis eorum est natura cum alijs.l.hos accusare.§.omnibus, ff.de accu.quodq; dignitas hominis,in eis considerabilis est,vt in alijs omnibus,l.vetus & ibi Bal.ff.de vsuf.& quòd deniq; si occidantur,occidēs tenebitur pęna legis Corneliæ de siccarijs, eo dē Bal.teste, in rub.C.de iu.fi.in 3.colum.lib.10.& hoc est
9 quod dicebat etiam Aristo.ethyco.8.q̄ domini † ad seruum est amicitia , non quia seruus , sed quia homo, & forte (vt memoriæ proditum est) seruorum dies festus, Idibus Augusti, communis erat Latinis , vt ostenderetur, lege naturali , huiusmodi genus hominum a cæteris nihil differre , multoque iniquum,non modo liberos,verum etiam seruos maie.habere,& in ipsos(vt dictum est)nimis se aire.ex quo ijsdem seminibus orti sunt, eodem fruuntur cœlo, ęque viuunt,& æque moriuntur.Qua de re creditur,Iouem optimum maximum, tunc po.Ro.succensuisse, quod Antonius
10 † seruum suum , crudeliter verberatum , & patibulo constrictum,per circum egerit.Nec vltimo loco mirum,si Ha-
11 drianus † omnium elegantissimis Imp, Vmbriciam matronam , quinquennio relegauerit , q̄ ex leuissimis causis, ancillas suas atrocissime tractasset, vt in l.si dominus, in §. fina.ff.de his qui sunt sui vel alie.iu.& de his satis.Tertium
12 quoque verum est, sed fauore religionis † indutum id pariter dicitur,cuius gratia multa cōtra iuris regulas recepta sunt.l.sunt personæ,ff.de relig.& sum.fu.l.locū,ff.de vsufru.tradit Bald.in c.in præsentia, in septima colum.de proba. & hinc videmus , quamuis attendatur in obscuris mi-

N nus

nus.l.ſemper in obſcuris,ff.de reg.iur.ꝙ tamẽ religionis in tuitu,ſecus eſt,quodq; tũc attẽditur maius.l.Titia.§.Seia. & ibi Bar.ff.de au.& arg.le.Ad idem,conditio debet præci ſe impleri,& in forma quidem ſpecifica,l.qui hęredi,l.Męuius, ff.de condit.& dem.& nihilominus religionis fauore reijcitur,ſperniq; poteſt ab hærede,l.quidã,ff.de con.inſti. limitabiturq; deciſio auct.hoc amplius,& in corpore unde ſumitur, C.de fideicom.& plus cõſuluit Bar.ſi quis timeat controuerſiam ſibi moueri,ut res ſuas donet eccleſiæ, quoniam durior.hoc caſu ſit cõditio aduerſarij, & quia iudices magis fauent locis pijs,quàm alijs,in l.quia,in §.1.in prin. ff.de alie.iu.mu.cau.fac. & in l.1.in 4.col.ff.de no.op.nũc. qui ibidem adhuc dixit, in §.nunciatio.in ij.ꝙ ædificãti in fundo a me poſſeſſo,propria auctoritate reſiſto, ſi non ſit religio in conſideratione, quoniam tunc Prætoris authoritas
93 quoque requireretur. Fauore religionis † etiam, Falcidia non detrahitur,l.ſi quis ad declinãdam, in prin.C.de epiſ. & cle.nec pactum in continenti appoſitum in ipſa rerſi traditione,actionem parit,alias ſic.l.quod ſi locus,ff.de religi, l.quamuis, & ibi per Docto. C.de uſu.& ſi ſimpliciter uerbum proferatur,ſecundum factionem intelligetur, & nõ yt cõmuniter intelligi ſolet naturaliter. l.ſi.C. de his qui ue. ęta.imp.declarat Bal.in l.ſi ità quis,in §.is cui,in prin.ff.dę lega.2.Non ob.quartum,quia contrarium,uti uerius,tenetur, in d.l.rogaſti,& in d.l.1.& aperte.probari uidetur,in l. in commodato,in §.ſicut,ff.commo.Non ob.quintum,quia ãd etiam publicæ utilitatis gratia indutum eſt, d.l.1.ff.ſol. mat.& ibi per Docto.auctẽn.habita. C.ne fil.pro pa.l.1.C.
94 de profe.qui in ur.conſtan.lib.10.† & facit, quia gradatim appellandum eſt.l.Imperatores.ff.de ap.& tamen ſcholaris ẽt omiſſis medijs appellat,ſecundum Bal.in d.auct.habita, in 4.col.Non obſt.ſextum, quia non ſolum ſubſtitutio pupillaris ibidem erat in conſideratione , verum etiam libertas,quæ (ut ſupra dictum fuit) ita fauorabilis eſt,ut partem ſuam dominus uendere omnimodo inuitus quoque cogatur. nec repeto. Ex quo ſeptimum etiam tollitur quoniam fauorabile eſt eo caſu , ꝙ filius. neceſſitate famis uenditus a patre, reuertatur ad priſtinam ſuam ingenuitatẽ. Et hinc

est maxime ponderandum, ꝙ vel pater ipse, vel filius, vel quiuis alius, quamuis extraneus pretium offerat, statim redimetur. Non ob denique octauum, quia eo casu, similis fa
15 nor adhuc militabat, vltimæ † voluntatis scilicet, cuius gratia introductum est, pariter quòd dominum absque traditione transeat. l. si ager, ff. de rei vendi. haud tamen regulare. l. traditionibus. C. de pac. quodque conditiones non trahantur retro. l. si filius, ff. de verbo. oblig. & tamen trahuntur aliàs, l. lecta, & ibi Bar. in pen. col. ff. si cer. pet. & ꝙ tandem præstatio triennalis præiudicet, quamuis sit communiter secus decisum, in l. creditor. C. de usu. ita Bart. in l. & si
16 inutiliter, in 1. col. C. de fideicomm. & quia testator † in re sua, quam voluit, legem etiam apponere potuit, l. in re mādata. C. mād. dex quibus omnibus, textualia sint expedita.

Restat modo, ut ueniamus ad Glos. & breuiter vltimam capio (aliæ enim interlineares sunt, expediteque supra in discursu) ex qua (diuisione etiam facilis est, ut in ea) elicienda sunt exempla ad tex. dum dicit, legem specialiter prohibere posse quibusdam personis, ne alienent rem suam, uendantque cuicunque voluerint.

Et primò ꝙ intelligi pōt de lege a testatore dicta, si prohiberet, rem extra familiam alienari, l. peto. §. fratre, l. cum pater §. libertis, ff. de leg. 2. declarat Bal. hic, & in l. ad officiū in fi. & in materia quidē, C. cōmu. di. & Gl. in l. fi. C. de reb. alie. nō alie. ita ut etiam hæredis institutio, quemadmodum Bar. in d. §. fratre, notat, & post eum Dec. in consi. 38. incip. circa primum, in 6. col. in 1. uol. prohibita uideatur,
17 & indutum inde fideicommissum† quoque, quod onus est, & grauamen, l. cohęredi. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pup. sub. Aduerte tamen, quia cohęredibus requisitis, & nolentibus emere, poterit tunc fieri alienatio extra familiam, secundū Bar. in l. qui Romæ, in §. cohęredes, ff. de uerb. oblig. & Ias. in l. quotiens, C. de fideicom. Vel, & secūdo, data sit, eo pacto, ut nō alienetur extra familiam, d. l. fi. infra de reb. alie. non alie. ubi casus clarus, quia si dubitatur ibi, quid comprehendatur sub simplici prohibitione, facta uel a testatore ut supra, uel a contrahētibus, & sic isto casu, præsupponitur necessario, ꝙ fieri possit, l. qui testamēto. ff. de testa. §. 1. de

ata.& qual.in 6. verificabiturq; regu.l.1.§.si conueniat.ff. depo.l. legem, cum similibus. C.de pact. Aduerte tamen,
18 q; est longa differentia † an in contractu , & per pactum,
prohibeatur alienatio, an vero prohibitio fiat a testatore,& sic in vltima voluntate; quia isto casu,impedit dominij trã slationem,illo vero,non, ex quo secuta alienatione.agitur ad interesse,l.si ita qs.§.ea lege,ff.de verb.ob.l.ea lege,ff. de con.ob cau.l.nemo,ff.de pact.dixi ego latissime,in auct. resque.C.commu.de leg.in prin. Vel, & tertio,in lege scri
19 pta,† si emphyteuta velit vendere emponemata,id est,me lioramenta sua,vel ius emphyteuticum,vt hoc idem facere non valeat domino irrequisito.l.fi.ĩ prin. C.de iu.emphy. & sic considerata natura rei,ac contractus.quod tamen verum declara,nisi pacto licentiam dedisset sibi vẽdendi,quoniam isto casu,alius consensus non requireretur, secũdum Ro.in sing.suis. 469. incip.emphyteuta, per totum vbi respondet etiam contrario l.si quando, C.de inoffi. testa. ad hoc vt pactum aliquid operetur,l.si quãdo, ff.de leg.1.c.si Papa, de priuil.in 6.& multo minus, si donarentur, vt inquit Gloss.in d.l.fi. & Spec.in tit.de loc.in §.nunc aliqua. versi.107.& Io.And.in c.potuit,eo.ti.in glo.3.& Imo.in l. si domus,in §.fi.ff.de leg.1.& est communis opi.quã tamẽ late disputat Are.in cons.41.inci.diligenter,per totã.Vel, & quarto,ne fiat alienatio in extraneos, post motã controuersiam,vel post litem contestatam,in iudicio fam.erciscũ. & communi diuidun.l.alienationes, ff.fam.erc.l.1.in fi.C. commu.diuid.& non mirum, quia tunc res efficitur litigio
20 sa † per solam citationem,si sit vniuersale,per lit.cont.vero, si speciale, litigiosa autem res, alienari prohibita est l. 2.& fin.C.de liti.& no.in d.iuribus, & bene ergo, & intelli ge verum istud in alienatione non modica, arg. in auc.minoris. C.qui da.tu. vel cu.po.iuncta glo. 1.in princip.& in c.cũ illorum,de sen.excom.& in c.fi.de con.ec.vel alta.tra dit Abb.in c.proposuisti,eo.tit. Item voluntaria & non ne cessaria, quia etiam post motam controuersiam , & post litẽ contestatam,permissa videtur; d.l.alienationes, l.& post §.fi.ff.eo.tit.l.1.ff.de fun.do.l.diuus,ff.de per.hæ.& multa congessi in tracta,de modis soluendi contraria.edito alias,
quod

ꝙ actus necessarius à voluntario omnimodò distingui debeat. Vel & vltimo, in habitatoribus metrocomiæ, idest villæ mensuratæ, quibus haud erat permissum, loca sua ad extraneum transferre, l. 1. C. non li. hab. lib. 1. quæ lex, clara est, nec dubitationem habet igitur, à verbis ipsius non recedemus aliter, l. non aliter, l. ille aut ille, §. cum in verbis ff. leg. 3. c. in istis, 1. dist. Et ad propositum, super dicta lege (vt inquiunt Doct. & bene) & consequenter ista, in verbis prædictis, nisi specialiter &c. sunt fundata statuta, quæ fere sunt per totam Italiam ꝙ consanguinei, consortes, & vicini, extraneis præferantur, quodque istis irrequisitis venditio fieri non possit, & si fiat, ꝙ ipsis non præiudicetur. Sed quæro in primis, an æqua sint, an vero iniqua. Secundo dato quòd sit iniqua, an sustineantur, & valeant.

Tertiò, quid si statutum velit (vt diximus) ꝙ consanguineus, vel consors, præferatur extraneo, & extraneus meliorem afferat cōditionem, maiusq; pretium an tunc extraneo vendi res possit potius, quam consanguineo, vel consorti.

Quartò, ꝙ si vsufructuarius emit à proprietario, & consanguineus fundum aduocet virtute potestatis sibi à statuto cōcessæ an vsufructuarius emptor retineat tūc vsumfructū.

Quintò & vltimo, quāto tempore istud ius congrui, seu Prothomiseos, tollatur, ne amplius res vendita possit redimi & aduocari e manibus emptoris. Quo ad primum bre-
21 uiter videretur dicendum, ipsa esse iniqua † probatur, quia iniquum est, id quod ab æquitate est alienum penitus l. 1. in prin. ff. de iust. & iu. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. Sed statuta hæc, sunt huiusmodi, quia auferunt libertatem dominis, disponendi de rebus suis, & alienandi eas in quēcunque voluerint, ergo imò ꝙ sapiunt tyrannidem quandam hac de re, vt in simili diximus in auct. nouissima. supra de inoffic. testam. & fuit originale verbum Flo. de S. Pet. in l. noxal. in 2. colum. ff. de noxa. ac. in illa q̄ō. an pater teneatur pro delicto filij. & probatur in l. 1. in §. si impuberi, ff. de collat. bon. Sed tñ contrarium, vti verius, sequendum arbitror pater, quia motiua eorum ratio est, vt bona in agnatione conseruentur, l. 1. §. sed si seruus, ff. de ven. insp. l. pronunciatio, §. familiæ. ff. de verb. sig. vel alia potius, (cō-

sortibus enim hoc ius competit etiam vt supra, & fęminis, in quibus tamen agnatio considerabilis non est) quia magis congruum videtur, ꝙ consanguineus venditoris, vel cõsors, aut vicinus, rem ipsam habebat, quam extraneus, l. congruit, C. de lo. præd. ci. lib. 10. in simili tamen, alleg. etiam supra l. si in emptione, ff. de min. Vel & vltimò propter sanguinem, consorteriã, & vicinitatem, c. 1. de alie. feud. in vsi. feu. c. constitutus, de in int. resti. c. 1. de con. ec. vel alta. in 6. l. qui duas, (singula singulis referendo) ff. de ser. vrb. præd. Ex quibus apparet iniqua nõ esse, aut irrationabilia, neque tyrannidem (vt dicebatur) sapere, & consequenter sublatũ obiectum, quod dubitationem faciebat & no. in c. 1. de iure iu. in 6. Imò ꝙ nec tollunt libertatem dominis, quò minus alienent in quemcunque voluerint, sed personis supradictis indulgent, beneficiumq; concedũt hoc vt venditionem ipsam possint reuocare. Cogita.

22 Quo ad secundum † videretur etiam prima facie dicendum, quod non, & dubium faciebat, quia lex maximè ęquitatem desiderare solet, l. placuit, C. de iudi. l. diuus, ff. de in int. rest. l. quod si ephesi, ff. de eo quod cer. lo. ergo iniquitatem necessario abhorrere, l. cum prætor, ff. de iudic. ergo dato quod dicta statuta iniqua sint, non valebunt, nec sustineri poterunt, vt in simili de iuramento dicimus, quòd nunquam seruandum est, si vinculum iniquitatis in se habeat d. cap. 1. de iureiur. cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. Nihilominus contrarium hoc quoq; casu verius est, l. 1. ff. quòd quisq; in l. prospexit, ff. qui. & à quib. & ita signanter dicit Bal. in d. l. 1. in j. lectu. in pen. col. & facit ad idem,
23 quia iniquum † est, quòd pater teneatur pro delicto filij, l. sancimus, C. de pœn. l. si qua pęna, ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & tñ statutum, hoc ipsum disponens valet, scd'm Glo. in rub. C. de decre. decu. lib. x. tradit idem Bal. in l. seruum quoque, in §. publice, in j. col. ff. de procu. Nec ob. ꝙ de æquitate dictum est, quia procedit in dubio, & casu quo iniquitas non sit in lege scripta ita idem Bal. in c. causamq; in 2. colum. de elect. alias nec rigor scriptus seruandus esset quod tamen dictu absurdissimum putamus, vt not. in d. l. placuit. & in c. si. latius, de transac. & in c. 1. vbi idem Bal. in

j. col.

1.col.in fi.an ma. suc. vxo. in vsib. feu. Nam quid iniquius 24 vltimo, quòd debitoris † corpus diuidatur inter creditores,& tamen hoc ipsum in lege 12.tabula. permissum erat. ergo quòd statuta sustineantur, & multò magis quidem in casu præsenti. Cogita.

ADDITIO.

QVOD etiam,& nouissime,statutum istud valeat,pro 25 batur quia statuentes † possunt inter subditos,suos disponere ad libitum, quamuis contractus sint iurisgentium, & super dominio quoque rerum suarum, ex causa tamen l.rescripta,C.de preci.Impe.offe.c.quæ in ecclesiarum,& vtrobique not.de constit. Imò,quòd pro causa haberi debet fauor illius,cuius gratia statutum sit,secundum Glo.in l.omnes,& ibi Cyn. C.si contra ius vel vti. pub. & est simile in l. hoc iure,in princ.ff. de donat. & in l.campanus,ff.de ope. lib.& ut per Ias.in l.quominus,in 34.col.ff.de flu. Et quia si venditor hoc ipsum facere potuisset in contractu emptionis,paciscendo volente agnato, rem venditam emere, pro eodem pretio l.sed si res,§.Marcellus,ff.de in di.ad.multò magis debent posse facere statuentes l.actione, §. labeo.ff. de pact.c.nobilissimus,16.dist.tum ratione rei in territorio existentis,cum respectu possidentis, & causæ quæ est fauor agnationis,sanguinis consorteriæ, & vicinitatis vt supra.& in l.1.§.cùm vrbem,ff.de offi.præfec.urb. & in l.rescripto, in §.fi.ff.de mu.& ho.& in l.omnes populi,(singula singulis referendo) ff. de iust. & iu. adeo quòd etiam ecclesia ligatur,& fine dubio procedat etiam Iure canonico,c.constitutus,allega supra sæpe,de in integ.rest. & not.in d.c.quæ in ecclesiarum,& in l.cunctos populos de sum.trin. & fi.cath. & ad propositum firmat Alex. vltimo loco,in consi.52.incip.viso themate,in prin.in 1.vol.

Quo ad tertiũ,videretur dicendum,consanguineum,seu consortem,etiam hoc casu præferendum esse, & hoc ipsum maxime,ac primò,quia pretium rerum debet secundum cõmunem æstimationem considerari non est affectione singulorum l.pretia rerum ff.ad leg.Fal.l.si seruum,ff.ad l.Aqu.

tradit in not.casu Bar.in l.1.in §.apud labeonē, ff.de ędili. edic. Secundo, quia licitatio vltra solitum modum attendi nō debet l.licitatio,in princ.ff.de publica.l.ad officium, C.communi di,l.in fundo, ff.de rei vendi. Tertiò (& istud vrget) quia alias aperta esset via fraudibus,ex quo faciliter posset summitti aliquis, qui multo plus offerret,& malè d.l. in fundo, de rei ven.l.hæres meus, §. quod in fraudem, ff. de cond.& demon.cap.sedes apostolica,de rescrip. Tamen
26 contrarium tenent hic Doct. quia illud iūstum † pretium dicitur, quod quis habiturus est sine deceptione d.l.in fundo,l.2.C de re.ven.Secundo,quia istum priuilegium prælationis debet intelligi sine dāno venditoris, l.2.§.merito, §.si quis à Principe,ff.ne quid in lo.pu. Tertiò,quia nemo gratiose contrahere compellendus est,quod vtique esset,si præferri deberet consors,vel consanguineus in casu isto,& male, l.2.C.si propter pub.pen.l.fin. C.de iu.emphy.auct. hoc ius porrectum,C.de sacrosanct.eccl.Breuiter mihi placet opi.prima,ex supra adductis,quorum tertium (vt dixi) stringit valde.Nec ob.contraria,quia ex his confunduntur nam si pretium secundum communem æstimationem considerari debet,quo modo iustum dici potest,quamuis id sine deceptione sit habiturus,quod etiam facile probari non potest,l.dolum,C.de do.cap.2.de renunc.in 6.Ad idem,secundi etiam antecedens,verum est,sed consequens falsum, quia soluit id, quod communiter soluisset alius, nec damnum proprie dici potest l.3.ff.de damn. infec. Verius item est,imo verissimum & vltimum q̄ nemo contrahere gratiose debeat,sed non q̄ venditor hic istud facere videatur,cū offerat id quod iustū ęquumque est d. l.in fundo, ff.de rei ven.& sentit Bald. in d.l.ad officium, & Pau. de Cast. post Raf. in l.qui Romæ, in § cohæredes,in 2.col.ff.de verbor. obl.& Ias.remissiue,in l.fi.in 7.col.in princ.C.de iu.emph. & Fab.de mon. S. Saui in tracta.de emptio. & vend. in 20. q.3.q.prin.incip.an vicinus ad fi.

Quo ad quartum, dicendum adhuc videretur, q̄ non,&
27 hoc quia amissio proprietatis † non restituit vsumfructū, per ipsius acquisitionem extinctum,certum enim est,quod quam primum vsufructuarius emit proprietatem extinguitur

tur vsusfructus formalis, & probatur ad propositum; in l.cu filius, in §.dominus, ff.de leg.2.& in l.si tibi, & quib. mod. vsuf.ami.& est arg. in l.1.in §.veteres, ff. de acquir.poss.& in l.debitori, C.de pact.& in §.si duo si. Inst.de re.di. Sed contra quia in simili, rescisso testamento per querelam, restituuntur etiam hæredi obligationes, quæ erant per aditionem confusæ l.si maritus, C.de inoffi.testa.ergo & vsufructu, in q.ista Secundo, ad idem facit tex. not. in l.dominus ff.de vsuf.vbi si querela pariter rescindatur legatum, restituitur etiam ius integrum prinixuum, quod erat à legato confusum. Tertio, quia nisi sic diceremus, magna afficeretur iactura vsufructuarius locuplesque inde efficitur consors, & male, l.nam hoc natura, ff.de cond.ind.c.locupletari, de reg.iur.in 6. Et hæc opin. tanquam æquior, tenenda est breuiter, omissa longa scribentium distinctione in d.l. maritus. nec obst. q vsusfructus extinctus sit, quia non est extinctus, aduocatione fundi facta, quominus possit deduci, seu retineri, rationibus supra dictis, habentq; ll. ad idẽ inductæ, specialem rationem, nam in d.§.dominus, si legatarius petit fundum, petit absque dubio rem, in qua est vsus fructus; ergo ipsum, hac ratione, hæres non deducet; haud considerabile in casu nostro. Similiter in d.l. si tibi: idest, quia fauorabile erat fructuario, quo ad plenam proprietatem consequendam, hic autem, damnosum eidem, si vsumfructum non deduceret, ergo. Cogita tamen, & interim ab æquitate ista non discedas. Vel distingue, vt per Alb.in 1. par.sta.in 91.q.incip.sed pone, & in l.propter veneni, §.neptis per illum tex.ff.ad sylla.

Quo ad quintum & vltimum, absque disputatione dicẽ-
28 dum est q tollatur, † prout in statutis decisum reperitur, vsuq; hominum, & moribus, longo tempore introductum spacio scilicet dierum 30.vt in ipsa constitu.Fede.in qua d. ius continetur, aliquando unius anni, prout in statuto nostro reformato, quoniam alias idem tempus in eo continetur, quod in d. constitutione in illis verbis, respondemus quo ad statutum de præsentatione loquens, q solita consuetudo seruetur, saluo q absentes, & hi quibus per ignorantiam non fuisset factum cognitum, habeant terminum

vnius

vnius anni ad præsentandum, non parum dubitationis habentibus, vt per Paul.de Cast.in consi.351.inci.præfata reformatio per totum, in 2.volum.& in consil.431.inci.circa primum, in 1.col.eo.lib.late Cæpol. in consi.1.incip.est dubitatio per totum pariter, & aliter, prout in alijs aliorũ locorum, diuersimode disponentium, continetur, quoniam qualibet prouincia, abundat in sensu suo c.certificari, de sepul.l.saccularij, §.sunt quędam, ff.de extraor.cri.totq; sunt
29 sententiæ, quot capita. Et nota, ꝙ tempus† præfixum à statuto, nunquam currit, nisi à die notificationis factæ consan
30 guineo, seu consorti, & vicino adeò ut sola scientia † non sufficiat, nec locum habet regula c.certificari, de reg.iur.in 6.& l.1.in fi.ff.de ac.emp. quia solemniter per præconẽ fieri debet, licet non in judicio, cum non requiratur causę cognitio, l.voluit, §.fi.ff.de int.ac. tradunt scriben.in l.qui Romæ, in §.cohæredes, ff. de verb. oblig. & solam scientiam non sufficere dixi, quia denunciatio non fit solum vt denũciatus sciat, sed vt sciat, & incitatur ad aliquid faciendũ, & d.regula certificari, ac similium declarabitur, l.denunciasse ff.ad l.Iul.de adul.l.item veniunt §.petitam, ff.de pet.hęr. sentit Bar.in l.quidam decidens, in §.fi.ff.de adm tut.& in d.l.i.ff.de ac.emp.& in d.l.denunciasse, in §.1. Imò etiam si
31 esset testis † in instrumento, ꝙ requireretur denunciatio, nec scientia hæc sufficeret, vt plene per Afflic.in tract.isto. in §.vt infra in 6.col. nec ab re, quia sciebat vt testis, non vt consanguineus & similis, cui ius istud competat, arg. in l.si pater, ff.de adop. & in l.tutorem, ff.de his quib.vt ind. in l.cum quidam, C.de administ.tut. Et propterea Pau.de Cast.male loquitur, tenendo contrarium, in l.1.in fi.princ. ff.de tribu. Vel ipsum excusa, quia non figit pedem, nec erat memori declarationis Bart.vt supra. Sufficit etiam ꝙ
32 fiat notificatio † semel, vt dictus Afflict. concludit in d.loco, in 5.col.& bene hoc ipsumque notat idem Bar. in l.qui Romæ.in §.Augerius, ff.de verb.oblig. & est Glo.in l.mora, ff.de vsu.& in l.Titia.Seię, in §.vsuras, ff de leg.2.& argum.in l.tutori, ibi, sufficit, si in paucis amici laboribus &c.
33 C.de neg.gest. Si denunciatio † igitur facta non sit, habet personæ prædictæ tempus annorum 30. quo omnis actio

concludi

concludi solet,l.sicut,l.omnes,l.cum notissimi C.de prę-scrip.30.anno. Et probatur etiam quia oritur condictio ex ipso statuto,l.1.ff.de cōd.ex le.quæ est personalis,§.sic itaque.Insti.de ac.ergo durabit tanto tempore;post verò,finietur l.2.§.& neque.C.de consti.pe.& vt in iuribus supra allega.latius,& ex ipsomet statuto licet videre, quia d.casu dicit,prædictis concessum esse,vt possint quandocūque,dato eodem pretio,rem ipsam recuperare, notitia non habita modo, quo supra ergo vsque ad annos 30. vt diximus late in l.2.C.de pac.int.emp.& ven.l.fi.ff.ad leg.Pom.de par.l.1.in fi.C.de bon.ma.& Instit.de perp. & temp.ac.in princ. Et plus,quòd nostrum hic supra,allega.restringetur ad 20. tantum secundum aliud statutum de præscrip. lon. tempo. l.si cum,§.qui iniuriarum,ff.si quis cau l.supervacuam,C. de tempo.in integ.rest.pet.tradit Bal.in c.1.in §.si quis per 30.anno.in vlt.col.in prin. si de feu.con.sit int.do.& agna. & in cap.1.in 4.quo teni.mi.in vsib.feu. Vltra Glo. modo dicunt Doct. verba prædicta, nisi lex specialiter &c. posse etiam exemplificari,& melius per tex.in l.1.C.ne Christia-man.Sed alia solidiora sunt,quoniam dicto casu,pęna,non alienanti imponitur,sed Iudæis,in quos facta sit alienatio,
34 ob sectę diuersitatem, & quia religioni † contrarium est, quòd possideant Christianum mancipium, Considerando etiam si ipsi Christianis subiecti sunt,& serui,c.ita quorundam,de Iudæ.c.& si Iudæos,eo.tit.not.Abb.in c.Iudęi,de testi. q̄ Christianos iam seruos habere non poterunt, arg. in l.sic euenit,ff.ad leg. Iul.de adul.imò quòd consortium cum Christianis,eis prohibitū est, c.sæpę.28.q.1.c.ad hæc de Iudę.c.postulasti.ibi Abb.eod.tit.& est argūm. in l.nullus,C.de sum.trin.& fi.catho.taliter vt nec societatem cō-trahere possint quoniam societates quædam fraternitas di-
35 citur l.verum,ff.pro soc.Inter Iudæos† aūt & Christianos nulla fraternitas est, sed inter Christianos tantum propter lauacrum regenerationis, c.ad mensam, 11.q.3.ergo, & ad lōgum tradit Bar.in l.1.ff.ad leg.Iu.ma.& Ang.in l.vtimur ff.de se.vio.& Cano.in c.post miserabilem, de vsu. & Alexan.in consi.13.incip.attentis. in 3.col.in 7.volum.& alij, quos non refero breuitatis gratia. Et ex his,de Glo. etiam

sumus

simus expediti. Sed in materia iuris congrui, quæ quotidiana est, & maxime ad propositum statuti nostri præalleg. quod incip. si quis de cætero, positi sub rub. quib. li. acqui. bo. & quomodo adhuc de aliquibus dubitare contingit, pro huiusce legis complemento. Et primo an habeat locum, si
36 domus, vel vinea, vt ager, in solutum detur. † Videretur dicendum, quod non & potissimum quia datio huiusmodi, non est venditio, licet venditioni sit similis, & vim venditionis habeat l. si prædium, C. de euic. l. fi. ff. ex quib. cau. in po. ea. l. quod nerua, ff. dep. l. litis, ff. pro emp. l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de reb. eo. l. non distinguemus, §. cum quidam, ff. de arbi. Secundo, quia pretium debet interuenire, vt sit emptio. §. pretium autem Insti. de empt. & vendit. l. pacta conuenta, ff. de contrahen. emptio. tradunt late scriben. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iu. quod tamen in datione in solutum interuenisse non dicitur, ergo. Tertio, arguit hoc ipsum et
37 vocabulorum diuersitas † quæ diuersitatem etiam effectus arguere debet l. si idem, C. de codic. c. ad audientiam, de deci. Quarto quia datio in solutum, fit ex necessitate, & tamẽ statutum seu statuta, in materia loquentia, debent intelligi de alienatione, seu venditione volũtaria. Et ad propositum not. in l. quemadmodum, C. de agrico. & cen. lib. 10. & in l. fi. C. de fun. pa. eo. lib. & in l. rem legatam, ff. de adi. le. & per Ro. in terminis, in consi. 107. incip. circa per totum. Quin-
38 to & vltimo, quia sunt stricti iuris † & non debent excedere proprium casum l. quidquid astringendæ, ff. de verbor. obl. l. 3. §. hæc verba, & de neg. gest. c. in nostra, de iniur. & maxime tendentia ad rescisionem contractus, quod etiam odiosum est l. si diuersa, C. de transac. & ita fuit iudicatum alias vt attestatur Spec. in tit. de emp. & ven. in §. nunc dicendum vt 5. col. in ver. sed pone. Sed tamen contrarium etiam suaderi facile potest, & per tex. in l. senatus, in prin. ff. de leg. 1. & in l. Senatus, ff. de cõtrah. empt. vbi pœna, quę diruentibus domos imposita est, ædificiaque sic diruta vendentibus, extenditur etiam ad eos, qui non vt venderent, sed vt legata exoluerent, diruerunt. ergo & statuta, in materia etiam ad dationem in solutum. Et propterea, ac secundo dixerunt quidam, per d. iura, quos etiam refert Albe.

39 in 78. quæst. incip. supposito, in 1. par. si statuto † caueatur pariter, ꝙ equi scripti pro communi, vendi nõ possint, sub certa pęna si quis equum dederit ex his, in solutum creditori suo, ꝙ statim in pęnam incidit. Tertio, quia statutorum ratio, ita in datione in solutum militat, vt in venditione, ergo idem ius per omnia statuendum, vulga l. a Titio, ff. de verbo. obl.

Ego breuiter a prima opi. non discedo, ex supra dictis & nouissime, auctoritate dicti statuti nostri comprobo, hoc ipsum specificantis quasi senserit, si specificatum nõ fuisset, ꝙ in datione in solutum (vt diximus) sibi locum non vendicasset l. si quãdo, ff. de leg. 1. c. si Papa. de priui. in 6. l. 3. ff. de leg. 1. l. non recte, C. de fideiu. & clarius etiam patet, quia pretij mentionem facit ibi, possit dato eodem pretio vendicare &c. quod nõ verificatur, nisi in venditione vt supra, & est notandum pro limitatione l. statu liberi in fi. ff. de statu lib. Nec ob. contraria, nõ primum, quia id forte reipub. causa indutum est, ne ruinis vrbes facile deformentur. l. 1. § si quis nemine, ff. ne quid in lo. pu. l. præscriptio, C. de ædifi. pri. & dixi in l. ædẽ, in 2. causa tex. supra de loca. Quo modo tolli potest etiã secũdũ, ex quo equus vẽditus pro communi erat descriptus. Non ob. tertium & vltimum, quia verum est, sed tamen cum non reperiatur scripta in lege, nec vna tantum sit, quæ habeatur pro expressa, iuxta Glo. in l. quamuis, C. de fideicom. & ostensum fuit supra non extendetur in dubio ad dationem in solutum. Cogita.

Secundo dubitare cõtingit, quid si facta fuisset permuta-
40 tio, † & vnus ex contrahentibus alteri pecunię certã quantitatem exbursasset, forte quia res sua minori æstimationis erat, an consanguineo vel consorti, volenti rem recuperare e manibus istius, eodem pretio, & quanti res sibi data æstimata tunc fuisset, hoc idem facere, & quidem sine contradictione possit? Prima facie videretur dicendum, ratione pretij, ꝙ esset venditio, & consequẽter quod haberet locũ ius congrui § pretium autem. Insti. de emptio. & venditio. l. pacta conuenta, ff. de contrahen. emptio. Secundo probatur per tex. in l. tenetur, in § 1. ff. de actio. empt. vbi si vẽdidero tibi Insulam, vt aliam reficeres totum erit emptio, potius

potius quam alius contractus,ergo & in casu nostro hujusmodi, potius quam permutatio,& maxime,vt dixi,propter pretium,& ita, per tex.istum sensit Bart.in l.Arist.in prin. ff.de dona. Tertio facit, quia si secus diceremus, facile fieret fraus legi,& ius prædictum habentibus,qđ permitti nõ debet l.in fundo, ff. de rei ven. c. sedes apostolica, de rescrip.& vt in simili dicebam etiam proxime.

Quibus tamen non obstantibus, contrarium fore verius
41 arbitramur de iure,primò, quia debet semper † attendi in contractibus,quod principaliter agitur l.si quis nec causam ff.si cert.peta. Sed principaliter agitur in casu præsenti, vt sit permutatio,& non venditio, ergo non habebit locum d. ius Prothomiseos,seu congrui.Secũdo,quia actus agentiũ, non operantur vltra eorum intentionem l. non omnis, ff.si cert.peta.sed voluntas eorum,fuit,permutare, & non vendere.ergo. Tertiò quia ex eo, qđ præualet,contractus iudicãdus est l.quæritur,ff.de stat.ho.Sed in q.ista,sapit potius permutationem,quàm vẽditionem, ergo etiam erit potius permutatio, quam venditio.

Et hæc opi.pro rei veritate,est tenenda,quoniam cõtraria parum vrgent,fere ex his resoluta, nam ad primum dici potest,id verum esse,quãdo pretium maius foret,quam res ipsa permutata,sed hic,minus est,ergo,& probatum ad propositum, in c. ad quæstiones, de re.per.& in d.l.Aristo.vbi idem Bart.ff.de dona.Ad secundum verò,ꝙ eo casu partes intendebant principaliter vendere & emere,ergo alius contractus esse nõ poterat l.1.§ si conueniat, ff.depo.hic autẽ permutare ergo erit permutatio.l.fi.C.ne vxo.pro ma.declarat idem Bart.in d.l.Aristo.Ad tertium denique & vltimum, ꝙ imo fraus non tam facile potest fieri, ex quo nec istud ipsum cõsiderat lex nec præsumit l.merito, ff.pro so. cap.1.de seru.fa.sed solum quid ex forma instrumenti elici possit, quidque principaliter agere partes intenderint, vt supra.Cogita,& nouissime dicta etiam per Doct.vide, in l. 1.ff.de re. per.

Tertiò, dubitare contingit,nunquid istud ius semel,cõpetat,an verò semper,contra quemcunque emptore,etiam si res(vt ita dicã)iuisset per mille manus. Videretur dicendum

dum prima facie, competere semel tantum.l.boues. §. hoc sermone, ff.de uerb.sig.l.& licet, l.dotis, ff.de iu.do.& in simili,no.q.decidit Bar.in l.cũ quidam,ff.de au.& arg.leg. & in l,inter stipulantem, in §.sacrã, in 3.col.ff.de uer.obl.
42 Gratia etiam infinitatis † uitandæ,quæ a iure non semper admittit.l.fi.§.sed quia,C.de iu.delib.l.fi.in fi.C.de fi.instrum.l.unica C.de sen.l.antiquitas,C.de usufr.Et ne emptor denique sit omni tempore incertus, ut in simili.in usu capione dicimus, l.1.ff.de usuca.& insti.eo.in princ.

Nihilominus contrarium, uti uerius,tenendum est, tum quia iuridicum uidetur, tum quia statutum nostrum prædictum,hoc idem sentit,in prin.Et quòd iuridicum sit probatur in simili.per Glo.in l.2.C.de rescin.uendi.ubi remediũ d.l.locum habet etiam, si emptor, rem alij uendidisset. Et hinc uidemus etiam, quantumcunque non sit cum minore contractum,quòd tamen datur ei restitutio in integrum aduersus quemcunq; rei possessoré, l.in causæ, 1.§.fi.ff.de mi.l.minor,in princip.ff.de euic. Suadeturq; ultimo, quia
43 actio † personalis,sequitur singularem successorem,quando rem afficit,& in rem scripta dici potest.l.si ipsa, ff.quod met.cau.cap. cum contra, de pigno. tradit Bald.in d.l. 2.in 13.q.C.de rer.ven.

Nec ob adducta in contrarium, quia primum uerum est regulariter,sed non omni casu, ratione prędicta, & limitabitur decisio,d.§.hoc sermone.quæ etiã procedit de rigore non de æquitate, hic maximè considerabili,argumen.in l. cõgruit,C.de loc.præd.ci.lib.decimo, & diximus supra in discursu,quoniam agnatis,consortibus, & uicinis,est fauorabile,& ad propositum facit declaratio Bart.in l.hæc conditio.ff.de conditio. & demon. Ex quo secundum quoque tolletur, quoniam si non semper admittitur necessario includitur; quòd admittatur saltem aliquo casu, est uerum, & illo maxime,& ut per Bart.in l.ut inter.in 2.col.C.de sacrosanct.eccl. & est argu.in l.si ita stipulatus, ff.de fideiuss. Nec tertium habet difficultatem, quoniam prouisum est etiam, hoc casu, ut illo usucapienti, si habentibus scilicet hoc ius denunciatum fuerit, ergo secus alias, & prædictis ius competat quandocunque.

Quarto

Quarto dubitare contingit, an dominij translatio impediatur, si alienatio, seu venditio fiat alijs, quam his, quibus est ius acquisitum ex forma & dispositione statuti prędicti. Videretur dicendum, quòd non. & dubium faciebat, quia esto ꝙ agnati & vicini habeant illud ius, possintque recuperare semper rem venditam, non est tamen, ꝙ prohibeantur domini, quominus vendant, ergò nec etiam impedietur domini translatio. l. illud, ff. de acquir. hær. l. ad legatum, l. ad rem mobilem, ff. de procu. Et præsertim, quia generale est, in alium transferri per traditionis actum, si maxime a domino fiat, vt hic, & in l. traditionibus, C. de pac. Item &

44 vltimo, quia debet † semper fieri interpretatio, vt minus præiudicetur iuri communi, quam possibile sit. l. 2. C. de noxa. ac. c. cum dilectus, de consue.

Tamen contrarium est verius. In primis quoniam statutum, prohibitorium est in rem, quam taliter afficit, vt dominij translatio impediri videatur omnimodo, argu. in §. furtiuæ, insti. de vsucap. l. 1. ff. de fun. do. & insti. quib. alij. li. vel non. in prin. & ita in terminis sentit Bar. in l. cunctos populos, in 12. col. C. de sum. trin. & fi. cath. ad idem facit, nā sicuti lex inducere potest, quòd quis moriatur pro parte testatus, & pro parte intestatus, & derogare decisionis l. ius nostrum, ff. de regulis iur. vt per eundem Bartol. in d. l. cunctos populus, in 14. colum. & probatur in l. miles ita, & in l. quærebatur, & in l. in fraudem, in §. miles. ff. de mil. test. & in l. certi iuris. C. e. & in l. vnica. in §. his ita, C. de cadu. tol. non est ratio, cur hoc idem etiam facere non possit. Et vltimo loco, sentit statutum, dum dicit, vendicari posse, & sic repeti res vendita per actionem realem, seu personalem, in rem, scriptam, vt supra.

Et tenendo sic facile diluentur contraria. nam ad primū, dicendum est antecedens verum fore, consequens autē falsum. Vel quòd dominum reuocabiliter acquiratur emptori. l. fin. ff. de pact. vel ꝙ stet interim in pendenti. l. si tibi homo. §. eum seruus, l. serui filij. §. 1. de leg. 1. & est ad differētiam vltimarum voluntatum regulare. l. fin. ff. com. prędio. Non obst. secundum, quia nec id negādum est, & nisi in casu, quādo lex resistit, vt hoc, & no. in l. eum lex. ff. de fideiu. &

in l.si minor, in fi. ff.de ser.expor. Non vltimum denique, quia procedit ipsum quoq; in dubio, uerum non sumus in casu claro, quorum duorum non est par, eademque ratio l.continuus.§.cum ita, ff.de ver. obl. ergo. Cogita tamen, quia in d.statuto sunt alia verba quoque, ex quibus facile etiam contrarium posset,& sic opi.prima teneri.

Quintò dubitare contingit (casus enim decisos a statuto aliàs non decidam, sed illos tantum, quos magis expedire cognouero,& vt simus breues,aliaque,alijs post terga mettentibus)vt aiunt(relinquamus)quoniam fęmina etiā gaudet priuilegio isto,si velit redimere fundū à patre suo alienatum,nunquid possit. Videbatur dicendū,q non,(loquor de materia, quia aliàs non esset ad præsens dubitatio,) &

45 hoc ipsum maximè,quia maritus † est dominus dotis.l.doce ancillam, C.de rei ven.adeo vt nō vitet suspitionem turpis quæstus, vel aliter non sibi, sed marito,quærat, cum ex bonis ipsius,pecunia esse præsumatur.l.quintus,ff.de do.inter virum & vxo.l.etiam, C.eodem, & in simili per Ro. in consi.346.incip.in hac in fi. aliquid Bald. in l.cum oportet in prin.in quarta col.C.de bonisque lib.latè Arc. in consilio trigesimo primo, inci. considerat.in 1.& 2.& sic virtute statuti admitti non debet.

Attamen contrarium verius est,cum declaratione,q in instrumento publico appareat,pecuniam mutuo ab aliquo accepisse,quoniam sic vitabit suspitionem turpis quæstus,marito non acquiret;nec ex eius bonis,pecunia quæsita videbitur;admittetur que ipse, tanquam legitimus administrator vxoris, ad huiusmodi beneficium statutarium, consequendum nec prætextu aliquo poterit reici.& ita quotidie practicatur & no.fusius in locis præallega.

Sextò, dubitare contingit, si quis vendidisset fundum, cui alium dotalem vicinū & cohærētem haberet maritus quisquiam, an habeat ius congrui, & admittatur ad præ en tandum? Videretur dicendum,q nō,quia statutum,loquēs de vicinis & cohærentibus,debet intelligi de his qui dominium habent liberum, & perpetuo quidem, in marito

46 haud verificabile, qui est dominus † tantum matrimonio durante, dicta l. doce ancillam. adeo vt dominum

O libe-

liberum non habeat, nec pe petuum, sed restitutioni subiectum, & ideo si incideret arbores fructiferas, teneretur lege Aquil.l.diuortio.§.si fundũ. & ibi Alex.in 3.col. ff.sol. matri. Et si causa moueretur contra maritũ super fundo dotali.pertineret ad vxorem, vt idem met inquit, in l.de die, in §.1.in 2.col.ff.qui sat.co.imo quod aperte dicitur in l. vtiles, ff.de impen. in reb.do. fac. quod res dotalis est vxoris.

Tamen istis non obstantibus, tu tene cõtrarium, quoniã in statuto dicitur, ꝙ quilibet vicinus, qui sit capax & habilis tempore venditionis admitti debet, oblato eodem pretio &c. Sed maritus habilis est tẽpore venditionis, quia dominus (vt diximus) dotis, ergo. Nec facit, si incidat arbores, vinas, ꝙ tenebitur lege Aquilia, quia hoc non tollit, ꝙ nõ sit dominus, quo ad administrationem, ex quo eo casu, fundũ dicitur deteriorare; idemque in emphyteuta, vt ibidem, q tamen est dominus, l.1.§.qui in perpetuum.ff.si ager vecti. vel emphy. pe. alias etiam posset alienare bona dotalia, & tamen non potest, l.1.ff.desun.dot. Rursum minus facit, ꝙ causa, lite mora, dicatur ad mulierem pertinere, quia verũ est, vt sententia postea soluto matrimonio, sibi præiudiciũ pariat, non ante, & in d.l.de die.not. Nota tertium denique & vltimum, quia adhuc Verum est de iure naturali, ex quo ad eam vel ad eius patrem est reuersura, non ciuili, quo est mariti, dicta l.doce ancillam, l.quotiens, l.in rebus, C.de iu.dot.etiam ꝙ dominium non sit perpetuum, quoniam satis est ꝙ sit dominus tempore venditionis, argum. in l.in delictis, in §.1.ff.de noxal.& in l.cum vxori, C.quan.di. le. ce.inducendo, vt per Anchar. in consi.21. incipien. factum
47 tale est.ad med.imo ꝙ etiam rei† non æstimatæ dominium transit in ipsum maritum, secundum Bartol. in l.qui balneum, in §.Titia, in 2.col ff.qui pot.in pi.ha. & habetur in d.l.quoties, & in d.l.in rebus, Qui Barto. docet etiam alibi, & declarat, quòd habet mulier patrimonium triplicis generis, primò, dotem; & huius, maritus (vt diximus) est dominus. Secundò, bona quædam extra dotem, quæ paraphernalia appellantur, & in his, est procurator. Tertiò, quædam non tradita; quorum nec dominus est, nec procurator, in l.maritus, in 1. lectu. in 1. oppo. C.de procu.

Et

Et plus in l.sub cõditione,in ii.q nec etiam domina potest esse rei donatæ.ff.de sol.

Septimo,dubitare contingit, retentis terminis prædictis.
48 quid si matrimonium soluatur,morte vxoris,nunqd † maritus teneatur hæredibus eius, fundum recuperatũ per ius congrui restituere. Prima fronte, videbatur dicendum, q non & primo quia in simili videmus, si vsufructuarius moriatur, q nihil eorum quæ acquisiuit prætextu vsusfructus amittit,ipso finito.l.vsufructu legato, ff.de vsuf.ergo multominus maritus, cũ esset dotis dominus tempore acquisitionis.ad idem facit,quia occasione rei meæ quæsitũ, meũ est.nec alij debetur, l.solum, ff.de rei ven. l.quia poterat, ff.ad treb.l.manifestissimi. §.sed cum in secũdam dubitationem, C.de fur.ergo maritus cũ sit dominus dotis, d.l.doce ancillam,fructus etiam lucratur; & si acquirit,acquirit sibi Vltimo facit,quia si teneretur restituere d.fundũ, mulieris prędefunctę hæredibus nec lucrũ dotis consecutus fuisset pro ea parte,nec fundum,dictique hæredes cum ipsius mariti iactura locupletarentur valde, absurdissimum d.l nam hoc natura,ff.de cond.ind.c,locupletari,de reg.iu.in 6.

Et vrgent.Sed cõtrarium omnimodo verius videtur.Casus est in l.nõ solum, ff.de iur.do.vbi quidquid maritus occasione fundi dotalis consecutus est aliquando id restituit mulieri de dote agenti, ergo & hoc casu, hæredi ipsius.l.si pactum, ff.de proba.l.tale pactum.§.fi. ff.de pac.Secũdo ad idem facit text.in quoties. C.de iu.dotium. vbi si nihil dictum fuerit,soluto matrimonio, res dotalis ęstimata restitui debet.aut eius ęstimatio.Tertio,quia ex recuperatione dicti fundi,aucta est dos, ita vt restitui debeat omnino hæredibus mulieris soluto matrimonio ipsius morte,l.fi.ff.sol. matrimonio.

Et hæc opi.verior est, & tenenda absque dubio,quam no
49 uissime comprobo, † quia idem iudicatur de augmento, quod de re aucta,& maxima in dote l.etiã, in fi.& ibi Bar. C.de iur.dot.l.inter socerũ.§.cũ inter,ff.de pac. do. arg.in l.assiduis,C.qui po.in pi.hab.sed fundus dotalis in casu p̃senti,debet hæredibus restitui,ergo & ipsius augmentum, alias arg.non procederet.Nec ob. contraria quia primũ ve-

rum est, in doteque etiam procedit, l. pro oneribus, C.de iure dotium, sed nō q fundus ex fructibus dotis acquisitus sit mariti sibique acquiratur, cum teneatur ipsam augere, & si fuerit in culpa tenebitur dicta l. fina. ff. soluto matrimo. Ex quo tollitur etiam secundū, quod dicam adhuc verum, sed in dote fallere, rationibus supra dictis. Non ob. tertium & vlti. quia satis est, q lucrum sentiat quo ad alia, & quia ex fundo etiam acquisito d. iure fructus ad huc sibi acquirebat, taliter, vt non possit dici, q hæredes locupletes fiāt, cū ipsius mariti iactura. Considerando rursum, nisi fundus dotalis fuisset, q non potuisset alium sibi coherentem quærere, & sentit etiam Bald. in cōstitutio. Fede. de hoc tractans, in prin. Cogita.

Octauo dubitare contingit. Pone quòd sint duo vicini, & vnus alterò proximior, (certum enim est, quòd is præfertur in iure congrui, vt dictum statutum nostrum vult. admittuntque omnes, & est de iure l. adeo. §. insula, ff. de acquiren. rerum domi. §. insula. Instit. de. re. di. tradit Bald. in 50 tract. iuris congrui, in tertia col.) an remotior † possit facere quod proximiori assignetur terminus, intra quem, rem venditam recuperet alias exclusus sit, eo elapso, & ipse admittatur illico. Videretur dicendum quòd non, & rationabiliter quidem, quoniam si ius istud proximiori competit, habeatque tempus sibi a statuto præfixum, non debet posse compelli ad recuperandum ante, lege 1. ff. de ser. c. indultum, de regu. iur. in vi. per quem text. signanter in simili q. ita arguit etiam idem Bald. in auten. offeratur, in penult. colum. C. de lit. contest. & Romani. in sing. suis 459. incipien. tu habes. Tamen contrarium verius est, quia inconueniens videtur, quòd proximior nolit, & remotior fraudetur beneficio statuti, & ideo in simili, si dominus alibi contra furem agere differat, potest instare commodatarius, sibi terminum præfigi, quo elapso, & domino non agente admittatur ipse l. manifestissimi. §. sed quærebatur, C. de fur. l. diffamari, C. de inge. ma. l. prima, ff. de cu. bo. dam. l. Titia, ff. de accu. l. mancipiorū, ff. de ope. le. & in termi nis tenet Alb. de Rosa. iusta. q. 90. inci. quid si proximior in prima part. Nec obst. quòd sibi hoc modo beneficiū iu-

ris

51 ris auferatur, quia non est verum ex quo terminus† hominis succedit loco terminis iuris. capit. cum sit Romana. de ap. d. l. diffamari; dicta l. Titia; l. si ea; C. qui ac. non po. & alijs vt supra.

Vel distinctionis fœdere; opi. concorda, quòd aut proximior modum habet recuperandi, aut nô, vt primo casu per assignationem termini causatiue compelli possit, ne fraudetur remotior, si recuperare noluerit. alias non. Vel & aliter, si differat malignandi animo, quòd ad hunc compelli possit l. in fundo, ff. de rei ven. alias non: & hoc idem scies facile coniecturis cognosci solere, argumen. in l. dolum, C. de dolo. & in cap. secundo de renun. in 6.

52 Nonò, dubitare contingit, quid si in cohærentijs † pares forent; quis nanque eorum præferri deberet; Breuiter posset forte dici, quòd esset locus gratificationi lege fina. ff. de reli. & sump. fu. lege si qs seruũ. §. si inter, ff. de leg. secũdo lege si Titius, & ibi Gloss. de verbo. obliga. Vel præoccupationi. dicta l. si Titius, ca. proposuisti de fo. com. tradit Bart. in l. si pluribus, ff. de leg. primo. multa Bal. in d. tracta. vt supra, col. præallega. Sed neutrum verum est; quoniam forte hoc ipsum dirimi potius debet, præferriq; is, cui euenerit, vt præallega. statutũ nostrum disponit, à cuius verbis alias non est recedendum lege prima. §. is qui nauem, ff. de exer. ac. l. non aliter, l. ille aut ille, §. cũ in verbis, ff. de legatis tertio. ergo si statutum non haberemus, prædicta omnia forent omnimodo seruanda, & sic (vt opinor) declaranda, ꝙ sit tunc locus gratificationi, non facta præoccupatione, modo & forma, vt not. in d. l. si pluribus. Vnaq; eorum opi. iudicabitur, qui volebant ꝙ ambo dictum hoc beneficium consequeretur, ex quo sumus in obsequio indiuisibili quod non potest nisi vni præstari, & sentit Bald. in l. si quis ad declinandum, in 10. col. C. de ep. & cle.

Decimo, dubitare contingit, si quis vendidisset fundum,
53 & vicinus † cohærens via publica tamen in medio existente, vellet ipsum recuperare, beneficio statuti de præsẽtatione loquentis, sæpe allegati, an admitti debeat. Idem Bal. in dicta constitutione Fed. alias trac. huiusmodi iuris Protho-
54 miseos, in princ. tenuit, quòd non; quia via † prædicta

O 3 sepa-

ſeparat,& diſiungit, adeo vt non poſſit dici coherens , aut vicinus l.ſi prius §.fin.ff.de aqua plu.ar. vbi in ſimili locus ſacer medius,impedit ſeruitutem conſtitui. Ad idem facit, nã ſi priuata ſit , admittetur nihilominus,quia non ſeparatur in d.loco no.ergo ſi publica,ſecus alias vnũ ab alio non diſtingueretur,dicẽdum minime l.vnica.§.fi.C.de cad.tol. l.ius publicum,ff.de pac.l.pen. C.eo. functo c.ſi diligenti, de fo.com.l.2 §.viam, & §.viarum,ff.ne quid in lo.pub.cũ
55 ſimilibus,& inoleuit † practica, vt dicatur in inſtrumentis venditionum,cui cohæret ab vna parte,uia publica,ab alia, Titius &c.negarique non poteſt.

Attamen dubitationem faciebat text.in l.maritus , in fi. ff.de acqui.re.do.vbi via impedimẽto eſſe non videtur,quo minus is vicinus dicatur,qui vult admitti ad beneficium iuris congrui.Item & ſecundo,quia vicinus is dicitur,qui habet fundũ proximum l.ſi tertius,in prin.ff.de aqua plu.arc. ſed in caſu præſenti fundum habet proximum,ergo.Conſiderãdo,tertio,etiã ſi via publica ſit,ꝙ in nullius bonis eſſe dicitur.vt Inſti.re.di.in prin.Nihilominus opinio prima,verior.eſt;pro qua nouiſſime caſum clarum,habemus in l.ſed & loci,in §.fi.& in l.ſeq.ff.fi.regum. vbi ſi via publica ſit inter te & me,non poteſt agi iudicio fi.regund. quia magis in confinio eſſe videtur ipſa via,quam ager. Nec ob. cõtraria, quia primum ſecum habet reſponſionem , id vendicare ſibi locum in caſu dictæ legis & quo ad commoditatẽ, non quo ad proprietatem, vt ibi Gloſ.ſentit, & bene & latus Cepo. in tract.de ſer.ruſ.præd.de ſer.vię.vbi etiam ipſe q.iſtam tãgit,in 11.col. Non ob.ſecundum, quia nec id negandũ eſt,
56 quoniã vicinus † quoque dicitur,cuius uocem audire poſſumus.l.j.§.c.& §.potuiſſe,ff.ad Syll.& no.in d.l.ſi tertius & tamen quo ad effectum iuris prædicti vicinus non diceret,ergo nec is,qui cohæret,via in medio(vt dicimus)exiſtente. Nõ ob.tertium & vltimum quia in nullus bonis eſt particulariter;ſed tamen cũ ſit publica l.viã , ff.de uia pub. l.2.§.viam.& §.viarum,ff.ne quid in lo.pub.allega.etiã ſupra , omniũ eſſe dicetur , quaſi populica, vt in ſimili no.in rub. ff.de popu. ac. & de pub.iud. ergo obſtabit omnino ne admittatur, eſtque arg. in l.proximus, ff.de verbo.ſigni

Vnde-

Vndecimo, dubitare contingit, postquam de vicinis ad
57 plenum sit mentio in materia, si velit colonus † vendere fructus, cui potius vendere debeat Domino, uel vicino, intellige semper iusto pretio. Breuiter & sine disputatione, dic verum esse. Domino potius vendi debere, quàm vicino & si possit aliàs quis vendere rem suam cui velit, vt hic. Et hoc ipsum maxime, quia a domino causam habet l. 1. & ibi Bar. in terminis, in fi. C. de metal. lib. 11. Et est simile in emphyteuta, cùm vult pariter vendere meliorationes suas, q super dominum requirit, ut cęte is omnibus præponatur dictumque fuit in discursu l. fi. & ibi no. C. de iure emphy. Imo & vltimo, q statutũ nostrum aperte prouidet Domino nunquam posse præiudicari, hocque iure vtimur, nec habet dubitationem. Sed forte in rebus immobilibus, istud ipsum procederet, non in fructibus, in quibus diuersa ratio esse videtur, & nouissimè, quia eo casu, bene est conueniens, q assignatio fiat ei, qui plus iuris habet secundum Bal. etiã in l. si duobus, in fi. prin. C. com. de leg. sed non isto. nec facit tex. in d. l. 1. C. de metal. quia forte id specialiter in fisco procedit, ad consequentias non trahendum, vulga, l. ius singulare, l. quod vero contra, ff. de legi. Cogita, & à prima opin. alias non recede. pro qua in arg. adduci quoque posset text. in l. cõgruit, C. de loc. prędi. ci. eo. lib. & ita etiam post Bart. in d. l. 1. simpliciter tenuit Fabia. de mon. S. Saui. in tract. emptio. & vend. in 20. q. 3. in prin. in fi.

Duodecimo & vltimo, dubitare cõtingit, nunquid istud
58 † ius competat his qui nondum erant in rerum natura, seu nati tempore vẽditionis. In primis ex forma statuti nostri, dicendum est, q non põderando verba ipsius ibi, Quilibet qui sit capax, possit &c. sed nondũ natus, capax non est, nec habilis l. eius qui in prouincia, ff. si cer. pet. c. ad dissoluẽdũ de despon. imp. ergo. Et ad idem videtur bo. tex. in l. 1. in §. si quis, ff. vnde co. vbi qs proximior agnatiis dici nõ potest, qui non erat natus, aut conceptus tẽpore mortis testatoris, & clarius in §. cum autem, Insti. de hę. quæ ab int. defe. Et in simili, in l. liber homo, in §. Titius, 2. in fi. ff de her. insti. ibi, non enim intelligi potest datus ei, qui tempore dãdi nõ erat in rerũ natura. Et quia regulare est, cui nõ conueniunt

59 †verba legis, quod eidem nec conueniat lex l.4.§.toties, ff.de dam.infec.l.adigere.§.quamuis, ff.de iu.pat. Sed aduertendum puto, quia contrarium aperte probari videtur in l.Paulus.in §.Paulus ff.de bo.lib.quem tex.ponderat Bar.in l.quod dicitur.in fi.ff.de lib.& posth.vbi nepos etiam post mortem aui cõceptus liberto superstite; bo.po. cõtra tab.liberti aui ti petere potest, admittique ad legitimam eius hæreditatẽ ergo non est ratio, cur non admittatur etiam in casu isto is, qui tempore venditionis, nec natus, nec conceptus erat.

Secundò, quia hinc etiam filij nõ concepti tempore mortis patrui, succedunt l.si in persona, & ibi Bald.C.de fideic. Nec requiritur, quod quis sit proximior, tempore quo defert hereditas, secũdum Bar.in l.qui se patris, in 2.col. C.vnde lib. Et si instrumentum emphyteusis fiat ab aliquo, pro se & filijs suis, comprehendit etiam filios postea natos vel cõceptos, vt in d.§.cum autem, not.& ibi Angel. signanter, in fi.

Tu breuiter opi.primam tene, ex supra adductis, & maximè, quia (vt dixi) verba statuti clara sunt, nec aliam patiuntur interpretationem, ita vt contraria aliàs procedant de iure communi, & præsertim hodie, & vt latius not.in l. vnica.C.de his qui an.aper.tab. & in l.Gallus.ff.de libe.& posthu. & in d.l.quod dicitur. Esset etiam alia quamplura tractanda; sed cùm inest tempus, æstuque non parum torquemur, & alibi fusius disputata fuerint in tract. isto per Bal.& Matth.Afflic.citatos sępe, & a nobis etiam; & precipuè, ac præter cætera, an istud ius possit cedi, in l.2.supra de pac.int.em.& ven. consulto prætermittenda sunt. Et ex his sumus de lege ista expediti. quæ ex vndecim, quas hoc anno interpretati sumus, vltima est; tanto pulchrior & vtilior quanto breuior. Die 12. Iulij. M. D. XLVII. Paduæ.

M A N T V A.

F I N I S.

INDEX RERVM NOTABILIVM QVAE IN TRACTATIBVS ISTIS CONTINENTVR.

Ca-

qui

E

Fi-

Ius

Scien-

Ter-

T

V

Ven-

F I N I S.